

www.e-rara.ch

T. Lucretii Cari De Rerum Natura Libri Sex

Lucretius Carus, Titus

Basileæ, M DCC LXX [1770]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: CB XIV 14

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-74644>

T. Lucretii Cari de rerum natura liber quintus

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

T. LUCRETII CARI
DE
RERUM NATURA
LIBER QUINTUS.

QUIS potis est dignum pollenti pectore carmen
Condere, pro rerum majestate, hisque re-
pertis?

Quisve valet verbis tantum, qui fundere laudes
Pro meritis Ejus possit, qui talia nobis
Pectore parta suo, quaesitaque praemia liquit? 5
Nemo (ut opinor) erit mortali corpore cretus.
Nam si, ut ipsa petit majestas cognita rerum,
Dicendum est: Deus ille fuit, Deus, inclute Memmi,
Qui Princeps vitae rationem invenit eam, quae
Nunc appellatur SAPIENTIA: quique per
artem

Fluctibus è tantis vitam, tantisque tenebris, 10
In

re Memmi, qui primus invenit eam Vitae rationem, quae nunc appellatur Sapiencia, qui-
que per Philosophiam à se institutam Vitam tantis fluctibus jactatam, tantaque caligine
involutam,

INTERPRETATIO.

Quis tam excellenti ingenio praeditus est, ut Encomium componere valeat, quod haec admiranda Epicuri inventa merentur? Quis Carminis tam peritus artifex ut fingat laudes pares meritis illius, qui nobis reliquit tot tantaque numera ingenio suo acquisita? Nemo, ut puto, mortalium hoc potest efficere. Nam si dicendum est, ut dignitas rerum ab illo explicatarum postulat, Ille Deus fuit, Deus inquam, O praecla-

NOTAE.

3. Qui fundere laudes.] MSS. Codd. constanter habent *Fingere*, vel *Fundere*: Giffanius tamen legit, *Pingere*. Faber. Quis, id est, quis fingere. Horatius,

Operosa parvos
Carmina fingo.

8. Deus ille fuit, &c.] Errat Lactantius, qui, lib. III. Cap. 14. de falsa Sapiencia, existimaverit haec de Epicuro scripta non fuisse, sed de Pythagora, aut Thalete: Id certe refellit versus ille,

Cujus ego ingressus vestigia

qui mox occurrit. Hunc autem locum proprius respiciebat Cicero, cum in I. Tuscul. scripsit, Quae quidem cogitans soleo saepe mirari nonnullorum insolentiam Philosopho-

rum, qui Naturae cognitionem admirantur, ejusque Inventori Principi gratias exultante agunt, eumque venerantur ut Deum; liberatos enim se per eum dicunt gravissimis Dominis. Faber. Vid. v. 88.

Et dominos acres adfiscunt.

Verum Gratus Poeta agnoscit per quem profecerat, & si revera metu, terroribus, superstitione homines Epicurus liberasset, ceteris Divis jure preferendus videretur.

10. Sapiencia.] Nomen hoc ab Aliis Philosophis relictum suae Doctrinae tribuerunt Epicurei, viri quidem non semper nimis modesti: Authorem quaeris? Adest Horatius nitidus istius gregis Porcus:

in tam tranquillum, & in tam claram lucem transfudit: Compara enim aliorum inventa propter que Divi habentur, Ceres fertur fruges, Bacchus vinum hominibus monstrasse, cum tamen sine Frugibus & Vino, uti fertur aliquas gentes jam vivere, commodè vitam sustinere possint; At sine puro (à metu & cupiditate benè purgato) pectore commodè vivere nefas est: quapropter potiori jure hic Epicurus nobis videtur esse Deus, cujus præcepta per multas gentes diffusâ faciunt ut Homines tranquillam agant sine metu & terrore vitam. Si verò credes egrègia Herculis gesta plus utilitatis & beneficii quam Epicuri præcepta Homini- bus asserre, magis magisque à vero aberrabis. Quid enim ingens ille Nemeus Leo, quid horrendus (setosus) Arcadius Aper hominibus hujus ætatis nocuisset? Denique quid Taurus Cretæ, quid Lernæa pestis Hydra Serpentibus venenatis cincta in nos commisisset? Quid tricorporis Geryonis triplex robur? Et Diomedis Equi naribus suis ignem efflantes in Thracia, regionibus Bistonis, & circa montem Ismarum, quid damni nobis intulissent? Arcadiæ volucres lacum Stymphala colentes, & uncis unguibus horrendæ, & ingens ille Serpens custos Hesperidum hortorum aureis pomis fulgentium, inmitis, atroci aspectu, & mole corporis immanis, & truncum arboris amplexus, quo inquam damno Mortales ille affecisset, cum remotus jacuerit juxta Littus Atlantæum, & inhospitale æquor, quæ loca neque Romanus aliquis, neque Barbarus penetrare audeat?

In tam tranquillo, & tam clara luce locavit.
 Confer enim Divina aliorum antiqua reperta.
 Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris
 Vitigeni laticem mortalibus instituisse; 15
 Cum tamen his possit sine rebus Vita manere:
 Ut fama sit aliquas etiam nunc vivere genteis.
 At benè non poterat sine puro pectore vivi.
 Quò magis hic meritò nobis Deus esse videtur,
 Ex quo nunc etiam per magnas didita genteis 20
 Dulcia permulcent animos solatia vitæ.
 Hercules antistare autem si facta putabis,
 Longius à vera multò ratione ferere;
 Quid Nemeus enim nobis nunc magnus hiatus
 Ille Leonis obesset, & horrens Arcadius Sus? 25
 Denique quid Cretæ taurus, Lernæaque pestis
 Hydra venenatis possit vallata colubris:
 Quidve tripectora tergemini vis Geryonai?
 Et Diomedis equi spirantes naribus ignem
 Thracen, Bistoniasque plagas, atque Ismara
 propter, 30
 Tantopere officerent nobis? Uncisque timendæ
 Unguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes?
 Aureaque Hesperidum servans fulgentia mala
 Alper, acerba tuens, immani corpore Serpens,
 Arboris amplexus stirpem: quid deniq; obesset, 35
 Propter Atlantæum littus, pelageque severa,
 Quò neque noster adit quisquam, neque Barbarus
 audeat?

NOTÆ.

*Parvus Deorum cultor & infrequens
 Insanientis dum Sapientie
 Consultus Erro.*

12. *In tam tranquillo.*] Tale aliquid apud Lucilium, Quoque Te in tranquillum ex se-
 vis transfert tempestatibus. Sed & idem legas apud Terentium.

17. *Ut Fama est.*] Vid. Diodorum Siculum, lib. III. Id hodieque verum est, nam vix Sexta Orbis pars triticum novit.

28. *Tripectora.*] Virgilius & Horatius dicunt, Geryonem Tergeminum, & Ter amplum.

36. *Pelageque severa.*] Lib. VI. v. 619.
 At Pelage multa, & latè substrata videmus.

Eadem voce utitur Manilius, lib. II. v. 90.

Atque hæc Seditio Pelage nunc sidere Luna

Mota tenet: ———

Severa autem Pelage, Non navigabilia, aut navigantibus infesta: Sic Virgilius,

——— *Annemque severum*

Cocyti metuet. ———

Cætera

Cætera de genere hoc quæ sunt portenta peremta,
Si non victa forent, quid tandem viva nocerent?
Nil, ut opinor: Ita ad fatiatem terra Ferarum 40
Nunc etiam scatit, & trepido terrore repleta 'st
Per nemora ac monteis magnos, sylvasque pro-
fundas:

Quæ loca vitandi plerumque est nostra potestas.

At nisi purgatum 'st pectus, quæ prælia nobis,
Atque pericula tunc ingratis insinuandum? 45
Quantæ conscindunt hominem Cuppedinis acres
Sollicitum curæ? Quantique perinde timores?
Quidve Superbia, Spurcicies, Petulantia, quantas
Efficiunt cladeis? Quid Luxus, Desidiesque?

Hæc igitur qui cuncta subegerit, ex animoq; 50
Expulerit dictis, non armis; nonne decebit,
Hunc Hominem numero Divum dignarier esse?
Cum bene præsertim multa, ac divinitus ipsis
Immortalibus de Divis dare dicta fuerit;

Atque omnem rerum Naturam pandere dictis. 55
Quoiv ego ingressus vestigia, nunc rationes
Persequor, ac doceo dictis, quo quæque creata
Fœdere sint, in eo quàm sit durare necessum:
Nec validas ævi valeant rescindere leges.

Quo genere in primis Animi natura reperta 'st, 60
Nativo primo consistere corpore creta:
Nec posse incolumis magnum durare per ævum:
Sed Simulacra solere in somnis fallere mentem,
Cernere cum videamur eum, quem vita reliquit.

sophor, & doceo quàm necessum est omnes res creatas existere ea conditione qua primum factæ sunt, neque posse (validas ævi leges rescindere) durare ultra spatiū à Natura fixum & constitutum: Inter res creatas inveni & demonstravi Animas mortales esse, nasci & interire, neque in æternum integras manere posse, sed Simulachra in Somnis solere mentem fallere, ita ut videamur cernere eum, quem olim reliquit Vita.

NOTÆ.

40. Ita ad Satiatem.] Ad Satiatatem, πρὸς κέρρον: Id est, valde aut abunde: Et versu sequenti, Scatit: Sic infra,
Largissimum fontem Scatere, atque erumpere flumen.

45. Atque pericula tunc.] Gifanius, Atque pericula est: Prælia insinuandum nobis, id est, Prælia sunt nobis subeunda.

48. Spurcicies.] Spureus, ἀσπυρής: Qui ut interpretatur Polybius, lib. XVII. εὐλαχρῶς ἢ ἀσπυρῶν ἐξώκειλε. Vid. Casaubonum ad Theophrasti characteres, p. 180.

56. Cujus ego ingressus, &c.] V. 36. habes libri argumentum: Probat enim Poeta Mundum aliquando incepisse, aliquando

Reliqua ejusdem generis monstra quæ ille Hercules occidit, si non occidisset, si jam viverent, quid nocerent? Nil, uti puto; Namque etiam nunc Terra feris abundat, & plena est monstrorum quæ trepidum terrorem incutiunt per nemora, magnos Montes, & densas Sylvas: Quæ tamen loca commode vitare possumus: At nisi Animi nostri sint purgati, quot tumultibus agitur, quæ pericula nos miseris manerent? quàm acerbe sollicitudines à Cupiditate ortæ animum hominem lacerarent? Quanti similiter timores? Quantas calamitates afferrent Superbia, Spurcicies, Lascivia? Quantas Luxuria & Desidia? Igitur qui hæc cuncta subegit, & præceptis non armis ex Animo expulit, nonne æquum est ut hunc Hominem inter Divos numeremus? Præcipud cum idem Vir multa de Diis ipsis immortalibus præclarè docuit, totamque naturam rerum optimè explicavit. Ego verò illum ducent sequitur, Philo-

etiam perituro: Deinde Mundi & Animalium originem describet, docebit quæ Animalia nasci poterunt, quæ finxit Poetarum vanitas & Vulgi superstitio: Quomodo Nomina rebus imposita, & mutua per voces commercia, unde Religio & Metus Deorum dicit. Denique Solis, Lunæ, Siderum cursus explicabit: Eaque Sola vi Naturæ, nulla verò Providentia volvi demonstrabit. Nisi enim motus cælestes explicet, haud facile tollet omnem de Providentia opinionem: Nam Religio, ut primo libro observat,

Caput à Cæli regionibus ostendit.

56. Nunc Rationes.] Alii, dum rationes, & forsitan meliùs.

Quod

Deinde instituti mei ratio, atque Epicuri doctrinae ordo postulat, ut docerem Mundum Mortalem, aliquando incepisse, aliquando periturum esse: Et ut demonstrarem quibus modis Semina casu & temerè convenientia Cælum, Terram, Mare, Sidera, Solem, & Lunæ orbem construxerunt: Ut docerem insuper, quæ Animalia à Terra orta sunt, & quæ nunquam existerunt, licet ab aliquibus credantur existisse: Quo etiam modo Homines lingua sonos variante rerum nomina invenerunt, & ceperunt confabulari. Quo denique modo Hominum mentes incipit ille Deorum metus, qui per orbem terrarum conseruat Fana, Lacus, Lucos, Aras, & Imagines Deorum. Præterea docebo, qua vi Solis Lunæque cursus regens Natura dirigat; Ne fortè credamus ista Sidera sponte sua inter Cælum & Terram perpetuò se volvere, eo tantum fine, ut Fruges atque

Animalia crescere faciant; Ne etiam putemus ab imperante & dirigente aliquo Deo circumferri: Nam qui bene didicerunt Deos summo in otio vitam suam agere, si forsitan admirentur qua ratione res singule fieri possunt, præcipuè quæ supra caput in locis cælestibus cernuntur, in Antiquas Religiones iterum relabuntur, acerbis Dominis se subiciunt, quos infalices existimant posse omnia perficere, quia ignorant quid possit esse,

N O T A.

71. Et quæ nullo, &c.] Intellige Chimæras, Centauros, Seyllas, Hermaphroditum, &c.

73. Inter se vesci per nomina.] Uti rerum nominibus, & sermones miscere: Ita legit & interpretatur hunc versum Nonius, in voce Vesci.

78. Natura gubernans.] Per Naturam nihil intelligit Lucretius præter Atomorum in hanc mundi compagem temerè coniectarum vim & motum.

82. Neve aliqua Divum.] Epicurus: ἢ θεῶν δύναμις πρὸς τὰυτὰ μὴ προσαγίθω, ἀλλὰ ἀλειψήσῃ & διαίρησθω, ἢ ἐν τῇ πύσει μακαριότητι: ὡς εἰ μὴ τῆτο παραβήσεται, ἅπαντα περὶ τῶν μετεώρων αἰτιολογία μάταια ἔσται.

84. Si tamen interea mirantur.] Inde Horatii Epicureus, Nil admirari propè res est uua, Nemicii,

Quod superest, nunc me huc Rationis detulit ordo,

Ut mihi, mortali consistere corpore Mundum, Nativumque simul, ratio reddunda sit, esse.

Et quibus ille modis congressus Materiai Fundarit Terram, Cælum, Mare, Sidera, Solem, Lunæque globum; tum quæ tellure Animantes 70 Existiterint: Et quæ nullo sint tempore natæ.

Quove modo genus Humanum variante loquela Cœperit inter se vesci per nomina rerum:

Et quibus ille modis Divum metus insinuarit Pectora, terrarum qui in orbi sancta tuetur 75 Fana, Lacus, Lucos, Aras, Simulacraque Divum.

Præterea, Solis cursus, Lunæque meatus Expediam, qua vi flectat Natura gubernans: Ne fortè hic inter Cælum, Terramque reamur Libera sponte sua cursus lustrare perennes, 80 Morigera ad fruges augendas, atque animanteis: Neve aliqua Divum volvi ratione putemus.

Nam, benè qui didicere Deos securū agere ævum, Si tamen interea mirantur qua ratione Quæque geri possint, præsertim rebus in illis, 85 Quæ supera caput ætheriis cernuntur in oris; Rursus in antiquas referuntur Religiones, Et Dominos acreis adsciscunt, omnia posse Quos miseri credunt, ignari quid queat esse,

Solaque quæ possit facere & servare beatum:

Hunc Solem, & Stellæ, & decedentia certis

Tempora momentis, sunt qui formidine nulla

Imbuti spectent: ———

Istum Horatii locum è Lucretio interpretare, & prudentiùs facies quàm alii Interpretes.

88. Dominos acreis.] Lib. II. Dominos superbos: Eadem Velleius apud Ciceronem, lib. de Nat. Deor. I. Dum Deum verum Authorem facitis, imposuistis in cervicibus nostris sempiternum Dominum, quem dies & noctes timeremus; Quis enim non timeat omnia providentem, & cogitantem, & animadvertentem & omnia ad se pertinere putantem, curiosum & plenum negotii Deum?

Quid nequeat; finita potestas denique quoique 90
 Quanam sit ratione, atque altè terminus hærens.

Quod superest, ne Te in promissis plura mo-
 remur,

Principio, Maria ac Terras, Cælumque tuere:
 Horum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,
 Treis species tam dissimileis, tria talia texta, 95
 Una dies dabit exitio: multosque per annos
 Sulentata ruet moles & machina Mundi.

Nec me animi fallit, quàm res nova, miraque
 menti

Accidat, Exitium Cœli Terræque futurum:
 Et quàm difficile id mihi sit pervincere dictis: 100

Ut sit, ubi insolitam rem adportes auribus antè,
 Nec tamen hanc possis Oculorum subdere visu,

Nec jacere indu Manus, via quàm munita fidei
 Proxima fert humanū in pectus, templaq; mentis:

Sed tamen effabor: dictis dabit ipsa fidem res 105
 Forsitan, & graviter terrarum motibus orbis

Omnia conquassari in parvo tempore cernes:
 Quod procul à nobis flectat Fortuna gubernans:

Et Ratio potiùs, quàm Res persuadeat ipsa,
 Succidere horrifono posse omnia victa fragore. 110

Qua priùs aggrediar quàm de re fundere fata
 Sanctiùs, & multò certa ratione magis quàm

Pythia, quæ tripode è Phœbi, lauroque profatur:
 Multa tibi expediam doctis folatia dictis:

Relligione

fertur. Dicam tamen, & forsitan ipsa res probabit mea dicta, & forsitan brevi tempore vide-
 bis omnia Terræ motibus divulsa confundi. Quod Fortuna rerum domina à Nobis procul
 uvertat. Et Ratio potiùs quàm res ipsa Nos edoceat totam Mundi compagem dissolutam hor-
 rendo fragore conquassari posse. De qua re antequam incipiam fundere Oracula sanctiùs &
 multò certius quàm Pythia, quæ ex Tripode & Lauro Phœbi edit Oracula, multa quæ Phi-
 losophia subministrat digna & utilia cognitu Te docebo:

92. Quod superest, &c.] Tandem, v. 19.
 Rem ipsam aggreditur, præclaram quidem
 illam, sed difficilem; & quam vix persua-
 debit. Non facile eredinus quod nolumus;
 Quis autem velit videre Mundi ruinam,
 quam sine sua pernicie experiri non potest?
 Ipse Poeta talis tantique casus misereri vi-
 detur.

— Tria talia texta
 Una dies dabit Exitio — v. 95.
 certè timet, v. 108.

Quod procul à nobis flectat Fortuna gu-
 bernans.

101. Ante.] Viz. ante insolitam.

102. Visu.] Visui, Oculis. Veteres autem
 Visu: Sic Terentius, Vestitu nimio indulges.

103. Via qua munita fidei proxima, &c.]

insuper quo modo cuique
 rei Potestas finita est,
 itemque Potestatis termi-
 nus in rei unius cuiusque
 Natura fixus & penitus
 impactus. Quod superest,
 ne Te promissis diutius
 mover, Primiam aspice
 Mare, Terras, Cælum;
 Triplicem horum natu-
 ram, tria Corpora, O
 Memmi, tres species rer-
 um tam dissimiles, tria
 talia (tam admiranda)
 texta Una dies diruet, &
 compages huius Mundi,
 quæ per multos annos in-
 tegrali duravit, dissolue-
 tur. Non quidem nescius
 sum id quod jam assero,
 Mundum, viz. aliquando
 ruiturum esse, Tibi no-
 vum, absurdum, & pror-
 sus incredibile videri, &
 quàm difficile sit mihi id
 ita demonstrare ut Te per-
 suasum fatearis: Hoc
 enim plerumque fit cum
 proponas auribus rem no-
 vam, quam tamen oculis
 videre non potes, neque
 manu tractare quàm per
 manus, viz. & oculos)
 certa rerum notitia in ho-
 minum pectora, ubi men-
 tes habitant, proximè de-
 tes habitant, proximè de-

Et enim maximè credimus, quæ cerni-
 mus, aut tangimus.

III. Quam priùs aggrediar, &c.] Quoniam
 verò Stoicorum Vanitas, aliorum Ignoran-
 tia, & Vulgi superstitio multa præjudicia
 huic Opinioni opposuerant, illa omnia amo-
 litur Lucretius; & primò, v. 36. Stoicos re-
 futat. Quippe isti Homines Solem, Lunam,
 Mare, Terras, totum denique Mundum
 Spiritu intus infuso Animatum Deum esse
 voluerunt. Manilius,
 Hoc opus inmensi constructum corpore mundi,
 Membraque Naturæ diversa condita forma,
 Aëris, atque Ignis, Terræ, Pelagique
 jacentis
 Vis Animæ divina regit, sacroque meatu
 Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat

R

Ho

Ne forsan religione refrænatus ne fortè rearis, 115
 Terras, & Solem, Cælum, Mare, Sidera, Lunam,
 Corpore divino debere æterna manere :
 Proptereaque putes ritu par esse Gigantum,
 Pendere eos pœnas immani pro scelere omneis,
 Qui ratione sua disturbant mœnia Mundi, 120
 Præclarumque velint cœli restinguere Solem,
 Immortalia mortali fermone notantes.
 Quæ procul usque adeo divino ab numine distet,
 Inque deûm numero sic sunt indigna videri,
 Notitiam potiùs præbere ut posse putentur, 125
 Quid sit vitali motu, sensuque remotum.
 Quippe etenim non est cum quovis corpore ut esse
 Possit Animi natura putetur, Consiliumque.
 Sicut in æthere non Arbor, nec in æquore falso
 Nubes esse queunt, neq; Pisces vivere in arvis; 130
 Nec Cruor in lignis, nec faxis Succus inesse :
 Certum, ac dispositum est, ubi quicquid crescat,
 & insit.
 Sic Animi natura nequit sine Corpore oriri
 Sola, neque à nervis, & sanguine longiter esse.
 Hoc si posset enim, multò priùs ipsa Animi vis 135
 In Capite, aut Humeris, aut imis Calcibus esse
 Posset, & innasci quavis in parte soleret :
 Tandem in eodem homine, atque in eodem vase
 maneret.
 Quod quoniã nostro quoq; constat Corpore certû,
 Dispositumque videtur, ubi esse, & crescere
 possit 140

Anima non potest sine Corpore sola oriri, neque à Nervis & sanguine separata, vel sine Nervis & sanguine existere : Hoc enim si posset, Anima potiùs in Capite, Humeris, aut imis calcibus, imò in quavis parte corporis oriri videretur, & tandem per totum Hominem diffundi. Quoniam verò certa & definita sint loca in nostro Corpore ubi seorsum Anima & Animus oriri possit & crescere,

N O T Æ.

Hos autem contemnit Poeta, & indignatur; injuriarum forsan memor, nec nugarum patiens.

120. *Disturbant mœnia Mundi.* Id est, probant Mundum interiturum. Ita Virgilius, *Ingentes erigit alnos*, id est, describit quo pacto ex Heliadibus Alni furrexerint: Inde apud Aristotelem, *οὐ γενώμενος τὸν κόσμον* (*generantes Mundum*) qui probant Mundum genitum esse; & illud Platonis notandum, qui *τὰς πηγὰς* (*fuentes*) alienibi vocat eos è Philosophis, qui omnia in perpetuo fluxu esse dicerent. *Faber.*

124. *Sic sunt indigna.* Alii, *Quæ sunt indigna.*

129. *Sicut in, &c.]* Sequentes 13. v. invenies, lib. III. v. 786, ubi etiam legitur: *Non æquore in alto.*

135. *Hoc si posset enim.]* Quatuor hos verius huc cum aliis temerè translatos conjicit *Faber*: Sed ad rem aequè ac reliqui faciunt. Nam si in ipso nostro Corpore Nervis, Venis, & Sanguine instructo, certa & definita loca sint, ubi Anima & Animus seorsum nascantur & existant; frustra Animam & Animum in Cælo, Mari, Terra, aliisque Corporibus nullis omnino organis donatis, Aliquis requirat.

Seorsum

Seorsum Anima, atque Animus: tantò magis inficiandum,

Totum posse extra Corpus, formamque animalem Putribus in glebis Terrarum, aut Solis in igni, Aut in Aqua durare, aut altis Ætheris oris.

Haud igitur constant divino prædita sensu, 145
Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.

Illud item non est ut possis credere, sedes Esse Deum sanctas in mundi partibus ullis.

Tenuis enim natura Deum, longèque remota Sensibus à nostris, animi vix mente videtur. 150

Quæ quoniam manuum tactum suffugit, & ictum, Tactile nil nobis quod sit, contingere debet.

Tangere enim non quit, quod tangi non licet ipsum.

Quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse Dissimiles debent, tenues de corpore eorum. 155

Quæ tibi posterius largo fermone probabo.

Dicere porro, Hominum causa voluisse parare Præclaram mundi naturam, proptereaque

Id laudabile opus Divum laudare decere, Æternumque putare, atque immortale futurum, 160

Nec fas esse, Deum quod sit ratione vetusta Gentibus humanis fundatum perpetuo ævo,

Sollicitare suis ullum de sedibus unquam,

bet esse dissimiles nostris Sedibus, & ea tenuitate qua sunt ipsu Deorum Corpora. Quæ omnia longa disputatione infra explicabo. Dicere autem Deos voluisse præclarum hunc Mundum fabricare Hominum Causa, ideoque nos debere honorificè sentire de laudabili isto Deorum opere, & credere illud immortale & æternum fore, & non fas esse id, quod olim Dei Hominum causa æternum esse voluerunt, conari probare aliquando ruiturum,

N O T A.

145. Haud igitur constant.] Velleius apud Ciceronem, lib. I. de Nat. Deor. Qui Mundum ipsum Animantem sapientemque esse dixerunt, nullo modo Animi naturam intelligentes, viderunt, in quam naturam cadere possit.

147. Illud item non est.] Cum verò Dii sint immortales & æterni, pares sedes habeant necesse est, inde Deos in Cælis, atque ideo nunquam ruituris, omnes collocant. Respondet Poeta, v. 10. Illud omne esse sive Poetarum, sive Vulgi figmentum; Nam tenuior est Deorum Natura quam ut tangat tam crassa Corpora, ideoque ista Deos habitare minimè putandum.

155. Tenuis de corpore eorum.] Quæ tenuitatis differentia est nos inter & Deos ipsos, eadem inter sedes Deorum & nostras est; Itaque tenues de corpore eorum significabit, tenues esse, quasi ex iisdem corporeis consistant, quibus & Dii constant.

ed vehementius negandum est, Totum (Animam & Animum) posse esse extra Corpus, aut in putribus glebis terrarum, in Igne Solis, in Aqua, aut in alto Aere & Cælo existere. Hæc igitur (Mare, Cælum, &c.) minimè credenda sunt divino sensu prædita, cum nec Anima nec Vita donari possunt. Insuper nulla ratio suadet Sanctas esse Deorum sedes in ullis Mundi partibus (Cælo, viz. aut Sole) & Numina illas Mundi partes habitare: Nam Deorum Natura est valde tenuis & longè infra nostros sensus, ita ut sensibus nostris percipi non possit, imò vix ipsa mente percipiatur: Quæ quidem Deorum natura quoniam infra sensus nostros est, neque manibus nostris tractari aut palpari potest, nihil debet contingere quod est nobis tactile, nam id quod tangi non potest, non potest tangere: Igitur Sedes Deorum debent esse dissimiles nostris Sedibus, & ea tenuitate qua sunt ipsu Deorum Corpora. Quæ omnia longa disputatione infra explicabo. Dicere autem Deos voluisse præclarum hunc Mundum fabricare Hominum Causa, ideoque nos debere honorificè sentire de laudabili isto Deorum opere, & credere illud immortale & æternum fore, & non fas esse id, quod olim Dei Hominum causa æternum esse voluerunt, conari probare aliquando ruiturum,

Faber. Lambinus legit, Tenuis pro corpore eorum.

157. Dicere porro hominum, &c.] At Dii hunc Mundum fabricarunt, & æternum esse voluerunt. Resp. Lucretius, v. 25. Sui an Hominum causa fabricarunt? Sui siquis dixerit, idem dicat, Quid Deo cultus Hominis confert beato, & nulla re indigente. Quid autem erat quòd concupisceret Deus Mundum signis & luminibus tanquam Ædilis ornare? Si ut Deus melius habitaret, antea, viz. tempore infinito in tenebris tanquam in gurgustio habitaverat? post autem, varietatene eum delectari putamus, quia Cælum & Terras exornatas videmus? Quæ ista potest esse oblectatio Deo? quæ si esset, non ea tam diu carere potuisset. Hominum causa qui dicit, idem explicet, quomodo nobis non existentibus inluave foret non esse.

Argumentis disturbare, Summamque rerum (Mundum) ab fundo evertere. Hæc verò & ejusmodi alia qui dicit, O Memmi, delirat. Quid enim commodi nostra gratia Immortalibus atque beatis Diis conferre possit, ut nostri causa aliquid facere conarentur? Illosque Deos qui per tot anteaeta secula quietam agebant vitam, quid impelleret, ut priorem vivendi rationem mutare cuperent? Nam ille solam debet affectare novam conditionem cui vetus displicet, at in illo qui tempore anteaeta vitam agebat felicem nullis malis nullaque ægritudine vexatam, quid excitaret istam mutandi cupiditatem? An, viz. Deorum vita in mæore & tenebris jaceret usque dum splendide hæc pulcherrimaque res nascerentur? Aut quid mali fuisset nobis nunquam fuisse natis? Nam quicumque natus est debet velle manere in vita, quamdiu blanda voluptas eum retinebit; Qui verò vitæ delicias nunquam gustavit, nec unquam exitit, quid illi obfuit nunquam extitisse? Deinde quodnam exemplare aut Imaginem habuerint Dei ad quam res omnes effingerent? Unde Humani generis notities illis insita, ut scirent & intelligerent quid vellent facere? Quo etiam modo sit vis Principiorum cognita, unde noverint Semina ista permutato inter se ordine & situ varias res posse constituere, nisi ipsa Natura, constituendo & componendo res, docuisset quid Semina valerent? Namque rerum Primordia ab æterno proprio suo pondere & aliorum ictibus agitari solebant, & moveri, omnibus modis convenire, & pertentare omnia

Nec verbis vexare, & ab imo evertere summam: Cætera de genere hoc adfingere, & addere, Memmi,

Desipere' est; quid enim Immortalibus, atque Beatis Gratia nostra queat largiri emolumentum, Ut nostra quicquam causa gerere adgrediantur?

Quidve novi potuit tantò post ante quietos Inlicere, ut cuperent vitam mutare priorem? 170

Nam gaudere novis rebus debere videtur, Cui veteres obfunt; sed, cui nil accidit ægri

Tempore in anteaeta, cum pulchrè degeret ævum, Quid potuit novitatis amorem accendere tali?

An, credo, in tenebris vita, ac mæore jacebat, 175 Donec diluxit rerum genialis origo?

Quidve mali fuerat nobis non esse creatis?

Natus enim debet, quicumque' est, velle manere In vita donec retinebit blanda voluptas.

Qui nunquam verò vitæ gustavit amorem, 180 Nec fuit in numero, quid obest non esse creatum?

Exemplum porro gignundis rebus, & ipsa Notities Hominum, Divis unde insita primùm?

Quid vellent facere ut scirent, animoque viderent? Quo ve modo' est unquam vis cognita Principio-

rum, 185

Quidnam inter sese permutato ordine possent, Si non ipsa dedit specimen Natura creandi?

Namque ita multa modis multis Primordia rerum Ex infinito jam tempore percita plagis,

Ponderibusque suis consuerunt concita ferri, 190 Omnimodisque coire, atque omnia pertentare,

NOTÆ.

164. *Summam.*] Mundum, viz. Mundum autem dixit *Summam* ex eorum Philosophorum sententia, qui *Unicum* agnoscebant. Lambinus legit, *Fundo*.

174. *Anorem accendere tali.*] Alii, *anore tali*. Tali *visi*, seu Deo vel Homini. Faber.

181. *Nec fuit in numero.*] Rerum creatarum : *Esse creatum* : Alii, *Esse creato*, ut, v. 177. *Esse creatis*.

182. *Exemplum porro, &c.*] Tota omnium rerum notities à Simulachris rerum incur-

rentibus derivatur, Dii etiam nihil inconsideratè faciunt, quicquid agere constituunt, illud prævident : At nullæ Imagines rerum in Mentem Divinam cadere potuerunt, cum res ipsæ nondum extiterint; ideo ineptè aliquis dicat Deos Cælum, Terram, Animalia, Omnia creasse.

187. *Creandi.*] Lambinus, *Creando* : melius.

188. *Multa modis multis.*] *Multimodis* *visis* : Giffanius.

Quæcunque

Quæcunque inter se possint congressa creare,
Ut non sit mirum si in taleis disposituras
Deciderunt quoque, & in taleis venere meatus,
Qualibus hæc rerum genitur nunc Summa no-
vando. 195

Quòd si jam rerum ignorem Primordia quæ
sint,

Hoc tamen ex ipsis Cæli rationibus ausim
Confirmare, aliisque ex rebus reddere multis,
Nequaquam nobis divinitus esse paratam
Naturam rerum, tanta stat prædita culpa. 200

Principiò, quantum Cæli tegit impetus ingens,
Inde avidam partem Monteis, Sylvæque ferarum
Possedere, tenent Rupes, vastæque Paludes,
Et Mare, quod latè Terrarum distinet oras.

Inde duas porro propè parteis fervidus Ardor, 205
Affiduusque Geli casus mortalibus aufert.

Quod superest arvi, tamen id Natura sua vi
Sentibus obducit, ni vis Humana resistat,
Vitæ causa valido consueta bidenti

Ingemere, & terrâ pressis proscindere aratris. 210

Si non fœcundas vertentes vomere glebas,
Terræque solum subigentes cimus ad ortus:

Sponte sua nequeant liquidas existere in auras.
Et tamen interdum magno quæsita labore,
Cum jam per terras frondent, atque omnia
florent; 215

Aut nimis torret fervoribus ætherius Sol,

glebas Vomere vertentes, Terramque subigentes excitemus ad exerendam vim frugibus producendis aptam, profecto nunquam sponte sua nascerentur. Interdum tamen fruges labore magno quæsitas, cum jam florent per Terras, & latæ messis spem faciant, vel nimio calore Sol urit,

NOTÆ.

195. *Genitur.*] *Codd. Geritur*, Nec melior quidem hæc vox *Genitur* Lambini.

196. *Quòd si jam rerum, &c.*] Sequuntur, v. 27. argumenta è vitiosa hujus Mundi constitutione ducta; Quippe Sapientissimi Artificis opus fuisset absolutum, non horridum Montibus, Sylvis, Paludibus, &c. Aliæ partes non rigerent perpetuo gelu, neque alias nimii Calores torrerent: Deinde Fruges potius quàm Spinæ, Sentes, & cætera inutilia produceret: Denique nullis procellis vexaretur, non aleret Feras Humano Generi infestas, neque varii Morbi varias Anni tempestates sequerentur, & Funera præcipitarent: Sed omnia fuissent optime disposita & ornata; Quietis atque

nisibus Humani generis accommodata, & Deo digna.

202. *Avidam partem.*] Magnam, ingentem, Interpretes, Quia, viz. Avidi magna omnia desiderant, vel quia avidè occupata est; Quis feret hæc? *Avidam*, Bibulam, Nardius, nam Terra est Humoris avidissima: Ineptè. Nec porro Interpretes præterdant,

Avido complexu quem tenet Æther, lib. II. v. 1065. non atinet. Melius igitur cum vulg. legatur, *Aliam*, sed potius *Habitant*: Neque insolentius *Montes habitant*, quàm *Sylvæ possident*.

206. *Geli.*] Veteres tam *Gelus*, quàm *Gelu*.

aut subiti imbres, & gelidæ pruinæ euscant; aut Procellæ turbine violento jactant, & prosternunt.

Præterea, cur Natura terra marique nutrit & auget horrendas feras Humano generi infestas?

Quare variæ tempestates Anni varios afferunt Morbos, quare tam frequentia sunt immatura funera? Deinde Puer, ut Naufragus à sævis undis projectus, nudus humi jacet, Infans, omni vitæ auxilio indigus, cum primum ex utero Matris illum in oras luminis profundit natura, lugubri vagitu locum complet, ut par est, cui tot mala sunt in vita subeunda. At Pecudum, Pecorum, & Ferarum varia genera crescunt, non est eis opus crepitaculis, neque ulli eorum blanda & dimidiata verba almæ nutricis adhibenda sunt: Neque diversas vestes pro diversa Anni tempestate quarunt: Denique non Armis opus est, non altis Mœnibus quibus se suaque defendant, quoniam Tellus & Natura rerum formatrix sponte omnibus omnia abundè subministrat.

Principiò, quoniam Terræ corpus, & Humor, Aurarumque leves animæ, calidique Vapores, E quibus hæc rerum consistere Summa videtur, Omnia nativo ac mortali corpore constant: Debet tota eadem Mundi natura putari. 240

Quippe etenim quorum parteis, & membra videmus Corpore nativo & mortalibus esse figuris; Hæc eadem ferme mortalia cernimus esse,

Principiò, quoniam Terra, Aqua, Aër, Ignis, è quibus hic Mundus componi videtur, Mortalia sunt & nativa, aliquando nascuntur, aliquando intereunt, totus etiam Mundus mortalis est habendus. Nam quorum partes & membra videmus mortalia & nativa, illa ipsa quoque cernimus mortalia

222. Apportant.] Important, Lambinus, infra, v. 370.

Aut aliam quamvis cladem importare pericli.

223. Tum porro Puer, &c.] V. 13. aliud habes argumentum; Si Dii Mundum fecissent, Melior foret Hominum, quam Aliorum Animalium conditio, at longe deterior, & si rem ipsam attendas, Brutis Parens videtur Natura, Hominibus Noverca.

225. Vitali auxilio.] Ita Muretus, dum Codd. Vitæ.

230. Nec crepitacula eis opus sunt.] Codd. Nec crepitacula eis opus est, & rectius: Plautus,

Puro opus est cibum.

Aut subiti perimunt imbres, gelidæque pruinæ, Flabraque ventorum violento turbine vexant.

Præterea genus horrifera Natura Ferarum, Humanæ genti infestum, terraque marique, 220 Cur alit, atque auget? Cur Anni tempora morbos Apportant? Quare Mors immatura vagatur?

Tum porro Puer, ut sævis projectus ab undis Navita, nudus humi jacet, infans, indigus omni Vitali auxilio, cum primum in luminis oras 225 Nixibus ex alvo matris natura profudit:

Vagituque locum lugubri complet, ut æquum 'st, Cui tantum in vita restet transire malorum.

At variæ crescunt Pecudes, Armenta, Feræque: Nec crepitacula eis opus sunt, nec cuiquam adhibenda 'st 230

Almæ nutricis blanda atque infracta loquela: Nec varias quærunt Vestes pro tempore Cœli.

Denique non Armis opus est, non Mœnibus altis, Queis sua tumentur, quando omnibus omnia largè Tellus ipsa parit, naturaque dædala rerum. 235

Principiò, quoniam Terræ corpus, & Humor, Aurarumque leves animæ, calidique Vapores, E quibus hæc rerum consistere Summa videtur, Omnia nativo ac mortali corpore constant:

Debet tota eadem Mundi natura putari. 240 Quippe etenim quorum parteis, & membra videmus

Corpore nativo & mortalibus esse figuris; Hæc eadem ferme mortalia cernimus esse,

Principiò, quoniam Terra, Aqua, Aër, Ignis, è quibus hic Mundus componi videtur, Mortalia sunt & nativa, aliquando nascuntur, aliquando intereunt, totus etiam Mundus mortalis est habendus. Nam quorum partes & membra videmus mortalia & nativa, illa ipsa quoque cernimus mortalia

N O T Æ.

222. Apportant.] Important, Lambinus, infra, v. 370.

Aut aliam quamvis cladem importare pericli.

223. Tum porro Puer, &c.] V. 13. aliud habes argumentum; Si Dii Mundum fecissent, Melior foret Hominum, quam Aliorum Animalium conditio, at longe deterior, & si rem ipsam attendas, Brutis Parens videtur Natura, Hominibus Noverca.

225. Vitali auxilio.] Ita Muretus, dum Codd. Vitæ.

230. Nec crepitacula eis opus sunt.] Codd. Nec crepitacula eis opus est, & rectius: Plautus,

Puro opus est cibum.

236. Principiò, quoniam, &c.] Depulsis iis præjudiciis quæ Stoicorum vanitas, aut Vulgi superstitio opinioni suæ opposuerat, v. 12. hoc modo disputat; Cum ea sit Natura Totius quæ Partium, & observemus Mundi partes, Terram, viz. Aquam, Aërem & Ignem subinde mutari, aliquando diminui, & deinde refici; dicendum est totam compagem esse pariter Mortalem.

240. Debet tota eadem.] Gifanius, Debet eodem omnis, viz. æquè nativo & mortali corpore constare.

243. Hæc eadem ferme.] Debit planè & disertè concludere, sed ita alibi locutus est: Donatus, ferme pro facillè: Terent. Andr. Act. 3. Sc. 1.

Et nativa simul. Quapropter maxima Mundi
Cum videam membra, ac parteis consumta re-
gigni, 245

Scire licet, Cœli quoque idem Terræque fuisse
Principiale aliquod tempus, clademque futuram.

Illud in his rebus ne me arripuisse rearis,
Memini, quod Terrâ, atque Ignem mortalia sumpsi
Esse: neque Humorem dubitavi, Aurasque pe-
rire: 350

Atque eadem gigni, rursusque auferere dixi:
Principiò, pars Terræ nonnulla perusta
Solibus affiduis, multa pulsata pedum vi
Pulveris exhalat nebulam, nubis que volantei,
Quas validi toto dispergunt aëre venti: 255

Pars etiam glebarum ad diluviem revocatur
Imbribus, & ripas radentia flumina rodunt.
Præterea, pro parte sua quodcunque alid auget,
Roditur: & quoniam dubio procul esse videtur
Omniparens, eadem rerum commune sepulcrum: 260
Ergo Terra tibi limatur, & aucta recrefcit.

Quod superest, Humore novo mare, flumina,
fonteis

Semper abundare, & latices manare perennis,
Nil opus est verbis, magnus decursus aquarum
Undiq; declarat: sed primùm quicquid Aquæ 265
Tollitur, in summaq; fit, ut nihil Humor abundet,
Partim quòd validi verrentes æquora venti
Deminuunt, radiisque retexens ætherius Sol:

tereutes eadem recipit, necesse est, ut Terra pereat & nascatur, ut aliquando minus, ali-
quando majus sit illius Corpus. Deinde Mare, Flumina, Fontes novo Humore semper abun-
dare, Aquasque perennes fluere non opus est argumentis quibus confirmarem: Nam magni
fluvii undique in Mare decurrentes id demonstrant: sed primò, Aliquid Aquæ consumitur,
& fit ut tota moles Aquæ nimia non sit, partim quoniam validi Venti verrentes æquora
diminuunt Aquas, & ætherius Sol radiis suis attenuat & elevat;

NOTÆ.

248. Illud in his rebus, &c.] Quòd verò
præcipuè partes, & maxima Mundi mem-
bra, Terra, Aqua, Aër, Ignis gignuntur,
& intereunt; v. 59. fufius demonstrat:
Multæ Terræ particulae in altum feruntur,
& Aëra component; Multas auferunt flumi-
na, & in Mare volvunt, v. 14. Aqua
item nova indices nascitur, at pars illius vi
Solis in Aërem mutatur, pars in meatibus
subterraneis Terræ formam induit, v. 12.
Aërem, qui recipit omnes particulas è re-
bus omnibus perpetuò fluentes, & res illas
omnes reficit, nemo dixerit æternum, aut
immortalem, v. 8. De Igne denique idem
concludendum, cum Radii Solis, qui nnicus
est Lucis & Ignis fons, quolibet momento

emissi pereunt: Ideoque quòd Sol ipse re-
paretur, æquè ac Lychni & Tedæ, omninò
constitendum, v. 25.

248. Arripuisse.] Arripere, assumere non
datum aut concessum ab altero: Tullius, in
lib. I. de Nat. Deor. Arripere mihi videmini,
quasi vestro jure, rem nullo modo proba-
bilem.

258. Alid auget.] Alii, Alit, Auget.

261. Limatur.] Libatur, melius.

265. Sed primùm quicquid.] Quidque, ut
sæpe alias, & v. 285. item, v. 305. Nam
primùm quicquid fulgoris disperit etj.

268. Retexens.] Αναδύων, αναδύων,
resolvens.

partim quoniam per subterraneos meatus distribuitur, per istos enim meatus Aqua marina rivuli feruntur, qui ad fontem Amnium convenientes erumpunt, & inde super terras fluunt dulci agmine qua via semel secta undas liquido pede detulit (ubi-cunque egeritur humus, & fit fossa.) Nunc de Aëre dicendum est, qui singulis horis infinitis penè modis toto suo Corpore mutatur. Nam quodcumque de rebus fluit in magnum Aëris mare fertur, qui Aër nisi vicissim rebus Corpora retribuatur, & reficiatur fluentes, Omnes res jam iam resolutæ fuissent, & in Aërem mutatae. Aër igitur jugiter oritur de rebus aliis, & in res alias redit, certum enim est res omnes in perpetuo fluere esse, particulas emittere, & diminui. Item ætherius Sol largus liquidi luminis fons, assidue nova luce perfundit Cælum, & lucem nova luce confestim reficit: Nam ea Lux quæ primo emittitur, quam primum attigerit partem in quam destinatur, perit: Id autem ita esse hinc potes cognoscere, quòd simul ac Nubes subcant Solem, & radios lucis quasi interrumpunt, statim pars omnis radiorum quæ est infra Nubes perit, & quacunque Nubes feruntur, Terra inumbratur: Atque hæc probant res nova luce semper indigere, & lucem primo emissam perire: Nec alia ratione Res in luce videri posse, nisi Sol ipse fons lucis novos radios perpetuo emittat. Quinetiam nocturna lumina, quæ sunt terrestria, pendent, viz. Lychni, Tædæ coruscis fulgoribus micantes, multoque fumo pingues, pari ratione ministerio Ignis novam lucem perpetuo suppeditare properant, instant tremere ignibus, (tremulos radios jugiter emittunt)

Partim quòd subter per terras diditur omneis. Percolatur enim virus, retroque remanat 270 Materies Humoris, & ad caput amnibus omnis Convent; inde super terras fluit agmine dulci, Qua via secta semel liquido pede detulit undas.

Aëra nunc igitur dicam qui corpore toto Innumerabiliter privas mutatur in horas. 275 Semper enim quodcumque fluit de rebus, id omne Aëris in magnum fertur mare: qui nisi contra Corpora retribuatur rebus, recreetque fluenteis, Omnia jam resoluta forent, & in Aëra versa. Haud igitur cessat gigni de rebus, & in res 280 Recidere assidue, quoniam fluere omnia constat.

Largus item liquidi fons luminis, ætherius Sol Inrigat assidue cælum candore recenti, Suppeditatque novo confestim lumine lumen. Nam primum quicquid fulgoris disperit eij, 285 Quòd cumq; accidit: id licet hinc cognoscere possis, Quòd simul ac primum nubes succedere Soli Cœpere, & radios inter quasi rumpere Solis, Extemplo inferior pars horum disperit omnis; Terraque inumbratur, qua nimbi cunque feruntur, 290

Ut noscas splendore novo res semper egere, Et primum jactum fulgoris quemque perire; Nec ratione alia res posse in sole videri, Perpetuò ni suppeditet lucis caput ipsum.

Quin etiam nocturna tibi, terrestria quæ sunt, 295 Lumina, pendent Lychni, claræque coruscis Fulguribus, pingues multa caligine Tædæ, Consimili properant ratione, ardore ministro, Suppeditare novum lumen, tremere ignibus instant;

N O T Æ.

272. Agmine dulci.] Agmen, pro actu, & actu quodam ponere non inelegans est. Ut Leni fluit agmine Tibris.

Macrobius, Satur. VI. cap. 4.

281. Fluere omnia constat.] Suprà, lib. IV. Nec mora, nec requies inter datur ulla fluendi.

283. Inrigat.] Sol enim Fons luminis.

Vid. v. 661. & lib. IV. v. 375.

287. Succedere Soli.] Virg. Georg. 3. Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbrae.

Idem, lib. IV.

Atque alto succedere Calo.

299. Tremere ignibus.] Tremulos radios spargunt Lychni, & Tædæ.

Instant,

Instant, nec loca lux inter quasi rupta relinquit : 300

Usque adeo properanter ab omnibus ignibus ejus Exitium celeri toleratur origine flammæ.

Sic igitur, Solem, Lunam, Stellasque putandum Ex alio, atque alio lucem jactare subortu, Et primum quicquid flammæ perdere semper : 305 Inviolabilia hæc ne credas fortè vigere.

Denique non Lapides quoque vinci cernis ab ævo ?

Non altas Turres ruere, & putrescere Saxa ?

Non delubra Deum, Simulacraque fessa fatisci ?

Nec sanctum numen fati protollere fineis 310

Posse ? Neque adversus naturæ fœdera niti ?

Denique non Monumenta virum dilapsa videmus

Cedere proporro, subitoque senescere casu ?

Non ruere avolfos Silices à montibus altis,

Nec validas ævi vireis perferre, patique 315

Finiti ? Neque enim caderent avolsa repente,

Ex infinito quæ tempore pertolerassent

Omnia tormenta ætatis privata fragore.

Denique jam tuere Hoc circum, supraque,

quod omnem

Continet amplexu terram; quod procreat ex se 320

Omnia (quod quidam memorant) recipitque

peremta :

Totum nativum mortali corpore constat.

Nam quodcumque alias ex se res auget, alitque,

se ? Profectò enim ista jam non repente avulsa ruerent, si ab æterno omnes ævi vires impetuque infracta sustinuisent. Denique intueri hoc (Cælum) quod circum supraque omnem Terram complectitur, quod ex se procreat omnia (uti quidam docent) & eadem peremta recipit, nam id totum nativum prorsus, & mortale est : Quodcumque enim ex se nutrit augetque alias res, id ipsum

nec lux quasi interrupta relinquit loca (& continuata luce ædes illustrantur : tanta celeritate lux ista tedarum quolibet momento evanescens, ab omnibus illarum ignibus nova luce instauratur : Pariter credendum est, Solem, Lunam, & Stellas lucem novam perpetud suborientem emittere, & semper perdere primam quamque lucem quam emittunt, ne forsitan credas illa integra semper vigere, & æterna. Denique nonne vides Lapides ab ævo vinci ? Nonne altas turres ruere, saxa etiam putrescere ? Deorum templa, inò ipsa Simulachra tandem corrumpi, & colabi ? Nec Deos ipsos templa sua & Simulachra diutius conservare posse quam leges Naturæ patiuntur & permittunt ? Denique nonne videmus Hominum monumenta labi, subito casu tanquam Senio confecta ruere ? Nonne etiam videmus Saxa montibus altis avulsa cadere, neque validas vires ævi Finiti pati posse ?

N O T Æ.

307. Denique non Lapides, &c.] Superiora Argumenta confirmat, v. 12. Quæ Solidissima videmus, sentiunt vires temporis, & putrescunt. Turres, Templa, Deorum Simulachra (Nec illa Numen ipsum sustentare potest) quis non videt quotidie labantia ? Saxa denique, quæ integra vidimus brevi tempore labefacta sunt, & montibus avulsa cadunt : Quis autem dicat illa ab æterno extitisse, quæ temporis finiti vires perferre nequeant ?

309. Fessa fatisci.] Faber, Fissa fatisci.

310. Protollere fineis.] Proferre : Plautus, Neque viri Vitam sinet in crastinum protolli.

313. Cedere proporro, &c.] Gifanius, Querere pro porro sibi cunque senescere credas,

id est, ut credas ea aliquando sibi querere Senectutem : Sed melior vulgata lectio. Faber autem rejicit. Denique non monumenta, &c. & legit,

Omniaque ut porro, subitoque senescere credas,

Non ruere avolfos, &c.

Sed huic etiam conjecturæ vulgatam lectionem libenter præferam.

319. Denique jam tuere, &c.] V. 6. Illos refutat, qui omnia è Cælo oriri, & in Cælum iterum resolvi sentiunt, & tamen Cælum ipsum immortale & æternum asserunt ; Nam quod in alias res vertitur, & quod ex iis rebus solutis reparatur & reficitur, id Nativum prorsus & Mortale.

debet deminui, & refici iterum cum istas res dissolutas recipit. Deinde si nullus fuerit dies natalis Terrarum & Cæli, sed ab æterno extiterint; cur non varii Poetæ Carmine explicarunt varias res gestas ante bellum Thebanum, & Trojæ excidium? Quò tot & tanta Hominum facinora ceciderunt? Nec usquam in-fita æternis famæ monumentis vigent? Verum, ut puto, Mundus non est admodum vetustus, neque multis abhinc annorum milibus incæpit esse: Atque hanc ob causam multæ artes etiam hodiè inveniuntur, perficiuntur multæ; hodiè multa navibus sunt addita, nuper ab Organicis Musica reperta est. Denique hæc Philosophia, quam nunc doceo nuper inventa est, & Ipse primus sum qui nunc illam Latino carmine & sermone explicem.

Quòd si fortè credas eadem (easdem artes) quæ nunc vigent olim fuisse, Sed Homines Igne periisse, Urbes Terræ motibus everfas cecidisse, vel rapidos Amnes assiduis imbris auctos Terras inundasse, & oppida obruisse,

N O T Æ.

325. Præterea, si nulla fuit, &c.] Mundi novitas, v. 14. probatur, tum ex eo, quòd Historiæ omnium antiquissimæ Thebano aut Trojano bello superiores non sint, ut esse deberent, si Mundus foret, non dico æternus, sed multò vetustior; tum ex eo quòd Artes omnes recens adinventas habemus, siquidem Authores omnium memorantur; cum, si Mundus nunquam cæpisset, deberent Artes, ac potissimum, Vitæ utiles semper extitisse. Macrobius, in Somn. Scip. Lib. II. Cap. 10. Quis non hinc existimet Mundum quandoque cæpisse, nec longam retrò hujus ætatem, cum adhuc ultra duo retrò annorum millia de excellenti rerum gestarum memoria ne Græca quidem extet Historia. Nam supra Ninum, à quo Semiramis secundum quosdam creditur procreata, nihil præclarum in libros relatam est. Si enim ob initio, imò ante initium fuit Mundus, ut Philosophi volunt, cur per innumerabilem seriem sæculorum non fuerat cultus, quo nunc utimur, inventus? Non literarum usus, quo solo memoriæ fulcitur æternitas? Cur denique multorum rerum experientia ad aliquas Gen-

Deminui debet, recreari cum recipit res.

Præterea, si nulla fuit genitæ origo 325

Terræ & Cæli, semperque æterna fuere:

Cur supera bellum Thebanum, & funera Trojæ,

Non alias alii quoque res cecinere Poëtæ?

Quò tot facta virum toties cecidere? Nec usquam

Æternis famæ monumentis insita florent? 330

Verum (ut opinor) habet novitatem Summa, recensque

Natura 'st Mundi, neque pridem exordia cepit.

Quare etiam quædam nunc Artes expoliuntur,

Nunc etiam auferunt; nunc addita Navigiis sunt

Multa: Modò Organici melicos peperere sonores. 335

Denique Natura hæc rerum, Ratioque reperta 'st

Nuper, & hanc Primus cum primis Ipse repertus

Nunc ego sum, in patrias qui possim vertere voces.

Quòd si fortè fuisse antehac eadem omnia credis:

Sed periisse hominum torrenti sæcla vapore, 340

Aut cecidisse urbeis magno vexamine Mundi,

Aut ex imbris assiduis exisse rapaceis

Per terras Amneis, atque oppida cooperuisse:

tes recenti ætate pervenit? Ut ecce Galli vitæ, vel cultum oleæ Roma jam adolescente didicerunt; aliæ verò Gentes adhuc multa nesciunt, quæ nobis inventa placuerunt: Hæc omnia videntur æternitati verum repugnare, dum opinari nos faciunt certum Mundi principio singula quæque cæpisse.

336. Natura hæc rerum.] Physicam intelligit, planè eadem ratione Horatius, qui interdum audacior est, de Pythagora dixit, Natura non sordidus Author. Faber.

339. Quòd si fortè, &c.] His argumentis nonnulli Philosophi hoc modo respondent; Olim Artes istæ vigerunt, quæ nunc florent, sed aliquando Ignis, aliquando Aqua delet, vel Terræ motus hausit humanum genus: Inde jam novæ videntur nobis & recentes. Hoc responsum retorquet Poeta, v. 13. Nam Orbem aliquando Ignibus perustum, aliquando Aquis obrutum, aut Terræ motibus disruptum nemo sanus æternum dixerit: Ideo enim Hominem dicimus Mortalem, quoniam illis Morbis tentatur, qui in alios vehementius incidentes eos abstulerunt.

Tantò

Tantò quippe magis victus fateare necesse 'st,
Exitium quoque Terrai, Coelique futurum. 345
Nam cum res tantis morbis tantisque periculis
Tentarentur, ibi si tristior incubuisset
Causa; darent latè cladem, magnasque ruinas:
Nec ratione alia mortales esse videmur
Inter nos, nisi quòd morbis ægrificimus isdem, 350
Atque illi, quos à vita natura removit.

Præterea, quæcumq; manent æterna, necesse 'st,
Aut quia sunt solido cum corpore, respuere ictus,
Nec penetrare pati sibi quicquam, quod queat
arctas

Dissociare intus parteis, ut Materiai 355
Corpora sunt, quorum naturam ostendimus antè:
Aut ideo durare ætatem posse per omnem.
Plagarum quia sunt expertia, sicut Inane 'st,
Quòd manet intactum, neq; ab ictu fungitur hilū:
Aut etiam, quia nulla loci sit copia circum, 360
Quò quasi res possunt discedere, dissolvique.
Sicut Summarum Summa 'st æterna, neque extra
Quis locus est, quò dissiliant: Neque corpora
sunt, quæ

Possint incidere, & valida dissolvere plaga.
At neque (uti docui) solido cum corpore Mundi 365
Natura 'st, quoniam admistum 'st in rebus Inane:
Nec tamen est ut Inane: neque autem Corpora
defunt,

Ex Infinito quæ possint fortè coorta
Proruere hanc rerum violento turbine Summam,
Aut aliam quamvis cladem importare pericli. 370
Nec porro natura loci, spatiumque profundi
Deficit, exspergi quo possint moenia Mundi,
Aut alia quavis possint vi pulsa perire.
Haud igitur lethi præclusa 'st janua Cœlo,
Nec Soli, Terræque, nec altis Æquoris undis: 375
Sed patet immani, & vasto respectat hiatus.

tantò magis necesse est ut credas Terram & Cælum aliquando interitura. Nam cum res tantis morbis tantisque periculis affigerentur, si vis vehementior impetum fecisset, dissolutæ penitus corruissent: Nec alia ratione conijcimus nos Mortales esse, nisi quòd isdem Morbis tentamur quibus illi obnoxii erant quos Mors rapuit. Præterea, quodcumque æternum & immortale est, necesse est ut vel perfectè Solidum sit, ita ut nulla vis frangere, nulla inter partes ejus se insinuare, & earum unionem dissolvere valeret; Qualia sunt prima Materiae Corpora (Atomi) quorum naturam supra docuimus: Aut ideo æternum est, quia est Intactile, & ictui non obnoxium; Quale est Inane: Aut ideo æternum quia nullum est ex ulla parte spatium, in quod partes illius solutæ dispersi possint; quam ob causam Uniuersum ($\tau\omicron\ \pi\acute{\alpha}\nu$) immortale est; extra quod nullum est spatium quo partes solutæ fugiant, neque ulla sunt Corpora quæ in illud incidere, suoque violento impetu diffringere valerent. At verò ut superius docui, Mundus non est res perfectè Solida, quoniam in omnibus rebus compositis Inane est admixtum. Neque Inane est: Neque desunt Corpora que ex Infinito adve-

mentia, periculum huic Mundo inferre, ejusque compagem diffringere aut dissipare valerent: Neque deest spatium quo Mundi partes dissolutæ dispersi possint, aut alia qualibet vi pulse interire. Igitur lethi janua non præclusa est Cælo, neque Soli, neque Terræ, neque Mari, sed immani & vasto hiatus patens illis obuersa est;

NOTÆ.

352. Præterea, quæcumque, &c.] Nihil æternum aut immortale agnoscit Epicurus, præter Corpora perfectè Solida, Inane, & $\tau\omicron\ \pi\acute{\alpha}\nu$, Uniuersum: At Mundus non est

Corpus perfectè Solidum, nec Inane, neque, cum Infiniti sint Mundi, hæc compages potest dici Uniuersum: V.24. Videtis etiam Libri III. versum 308.

Quare

(Igitur Mortalia sunt Mare, Terra, Caelum, &c.) Insuper fateare necesse est hæc eadem non ab æterno extitisse, nam quæcunque Mortalia sunt, & aliquando interibunt, non potuissent infiniti temporis validas vires ab æterno sustinuisse. Denique, cum maxima Mundi hujus membra sint sibi invicem contraria, belloque impio se mutuo infesta petunt, nonne vides aliquem finem longo illorum certamini imponi posse? Vel cum Sol & Ignis epotis omnibus humoribus superaverint, quod certant facere, sed nondum quæ conantur possunt perficere, tantum Humoris Amnes assiduum suppeditant, & Aquis de vasto Oceano erumpentibus diluivium minantur: Frustra, quoniam venti validi verrentes æquora, & ætherius Sol radiis suis attenuans, & elevans, diminuit Aquas; & confidunt se posse siccare omnia, priusquam Humor inceptum suum perficiat, & diluivium inducat: Ita æquis viribus certatim magnis de rebus pugnant: Semel autem superavit Ignis, & vastavit Terram, & semel, ut fama est, Humor orbem Terrarum obruit: Ignis superavit, cum violenti Equi Solis recto tramite exilientes raptarint Phaëthonta per totum Caelum, & Terras omnes illi Cælo substratas. At Jupiter ira vehementi tuam commotus repenti ictu fulminis de curru in Terram dejecit Magnanimum Phaëthontem: Et Phæbus cadenti Phaëthonti obvius æternam Mundi lampada (Solem) suscepit, dispersos & vagantes Equos reduxit, & trementes, & fulmine territos curru iterum subjunxit:

Quare etiam Nativa necessum 'st confiteare
Hæc eadem: neq; enim, mortali corpore quæ sunt,
Ex infinito jam tempore adhuc potuissent
Immensi validas ævi contemnere vires. 380

Denique tantopere inter se cum maxima Mundi
Pugnent membra, pio nequaquam concita bello;
Nonne vides aliquam longi certaminis ollis
Possè dari finem? Vel cum Sol, & Vapor omnis
Omnibus epotis humoribus exsuperarint, 385
Quod facere intendunt, neque adhuc conata pa-
trantur:

Tantum suppeditant Amnes, ultròque minantur
Omnia diluviare ex alto gurgite ponti;
Nequicquam: Quoniam verrentes æquora venti
Deminuunt, radiisque retexens ætherius Sol; 390
Et siccare prius confidunt omnia posse,
Quàm liquor incepti possit contingere finem.
Tantum spirantes æquo certamine bellum
Magnis de rebus inter se cernere certant:
Cum semel in terra fuerit superantior Ignis, 395
Et semel (ut fama 'st) Humor regnarit in arvis.
Ignis enim superavit, & ambens multa perussit,
Avia cum Phaëthonta rapax vis Solis equorum
Æthere raptavit toto, terrasque per omneis.
At pater Omnipotens ira tum percitus acri 400
Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu
Deturbavit equis in terram; Solque cadenti
Obvius æternam suscepit lampada mundi;
Disiectosque redegit equos, junxitque trementeis:

N O T Æ.

377. Quare etiam nativa, &c.] Ex eo quod finem habiturus est Mundus, concludit, v. 4. Initium habuisse: Nam quod aliquando peribit, olim periisset.

381. Denique tantopere, &c.] Aliud demum argumentum deducit, v. 36. à pugna continua (Elementorum) præcipuarum Mundi partium. Cum enim Ignis cum Aqua committatur, & modò Incendia, modò Eluviones superent, quidni tandem cum totius Mundi ruina hæc concertatio terminetur? Quod verò magna Incendia & Diluvia contigerint, de Phaëthonte & Deuca-

lione fabulæ demonstrant, nam Igne vastata, & Aquis obruta erat Terra, licet Poetæ ineptè finxerunt Incendium istud & Diluivium interventu Deorum erupisse, & cessasse.

382. Pio nequaquam.] Impio, quia Bellum hoc est civile & intestinum.

388. Diluviare.] Diluvio obruere.

396. Regnarit.] Superavit, & versu 399. Terrasque perussit, Gassendus.

397. Ambens.] Ambedens ab Ambedo: Sic Ambeffe pro Ambedere. Alii, Ambiens.

Inde suum per iter recreavit cuncta gubernans.

405

Scilicet, ut veteres Graiùm cecinere Poetae:
Quod procul à vera 'st animi ratione repulsum.

Ignis enim superare potest, ubi Materiai

Ex infinito sunt corpora plura coorta;

Inde cadunt vires aliqua ratione revictæ,
Aut pereunt res exustæ torrentibus auris:

410

Humor item quondam cœpit superare coortus,

Ut fama 'st hominum, multas quando obruit
urbeis:

Inde ubi vis aliqua ratione averfa recessit,

Ex Infinito fuerat quæcunque coorta,

415

Constiterunt Imbres, & Flumina vim minuerunt.

Sed quibus ille modis conjectus Materiai

Fundarit Cœlum ac Terram, Pontique profunda,

Solisque & Lunæ cursus, ex ordine ponam.

Nam certè neque consilio Primordia rerum

420

Ordine se quæque, atque sagaci mente locarunt;

Nec quos quæq; darent motus pepigere profecto:

Sed quia multa modis multis Primordia rerum

Ex infinito jam tempore percita plagis,

Ponderibusque suis confuerunt concita ferri,

425

Omnimodisque coire, atque omnia pertentare,

Quæcunque inter se possent congressa creare;

Propterea fit, uti magnum volgata per ævum

Omnigenos cœtus, & motus experiundo,

neque inter ea convenit quibus motibus quæque uterentur, sed quia Infinita rerum Semina ab æterno aliorum ictibus vel suo pondere agitari solebant & moveri, omnibus modis convenire, & pertentare omnia, quæcunque hisce cœtibus facere valerent; Inde fit, ut per Tempus infinitum volitantia, & motus cœtusque omnigenos experiundo,

NOTÆ.

407. *A vera est animi.]* Meliùs, *Vera nimis est.*

413. *Ut fama est Hominum, &c.]* Gifanius,

Ut fama est, Hominum multos quando obruit Undis.

Vossius, *Hominum multas*, id est *Crimina Hominum*, sive *impios Homines*: At quid hic loci *Lucretius* cum *crimibus Hominum*? profecto *Epicureus* nunquam credit istas *Aguas* ad eluenda *Hominum peccata* fuisse *Terrarum Orbi* immittas.

417. *Sed quibus ille modis, &c.]* Nativi hujus *Mundi exordium* explicaturus, *Deos*, omnemque *Providentiam* longè removet; & totum opus *Materiae* permittit, v. 16.

Inde *Chaos*, rudis & indigesta *Particularum* congeries, quæ huc & illuc agitate, tandem pares cum paribus convenerunt, inde *Mare*, *Cœlum*, *Terra*, *Sol*, *Sidera*, & quæcunque hic *Mundus* continet. v. 17. *Plutarchus* ex *Epicuro* de *Placit. Phil. lib. I. cap. 4.* Ο τῶν κῶσμιθ συνῆση περιμικτασμένα χημάσι ἐρημισιμένθ τὸν τρέπον τῶν Ἀτόμων σωμάτων, ἀπρονοήτων, καὶ τυχαίαν ἐχούσαν κίνησιν. συνεχῶς τε, καὶ τάχιιστα κινημένων, εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν σώματα συνθροισθῆ, καὶ διὰ τῆτο ποιμιλίαν ἐχούσα καὶ χημάτων, καὶ μεγεθῶν.

419. *Solisque & Lunæ.]* Alii, *Solis Lunæ.*

Tandem

tandem illa Semina con-
venirent, quæ subito con-
juncta sæpe sunt magna-
rum rerum, Terræ, viz.
Maris, Cæli, atque Ani-
malium, exordia. Tum
temporis Solis curvus mul-
ta luce cornescens per altum
æthera agitur, nec Sidera
immensi Cæli, nec
Mare, neque Cælum, nec
Terra, nec Aër, nec res ul-
la similis nostris rebus vi-
deri potuit; sed rudis quæ-
dam & informis particu-
larum temere agitatarum
congeries: Deinde variae
partes in diversa loca se-
cedere ceperunt, pares res
cum paribus jungi, &
Mundum discludere; &
partes illius dividere, in
ordinem redigere, & dis-
ponere membra ex hac
confusa Seminum conge-
rie: Nam Seminum dis-
cordia à dissimilitudine
formarum & figurarum
varietate orta ita contur-
batur Intervalla, Vias,
Connexus, Pondera, Pla-
gas, Concursus, Motus,
ut convenientes motus
mutuo dare & mutuo ac-
cipere non potuerint, &
necessario fiat partium se-
paratio. Inde magnum Cælum (Aër) à Terra secernitur, segregato & collecto omni Humore
latum Mare extensum est, & puri ignes ætheris ab aliis rebus separati proprium locum sortiti
sunt. Quippe primum Singula Terræ corpuscula,

Tandem ea conveniant, quæ ut convenire re-
pente 430

Magnarum rerum fiant exordia sæpe,
Terræ, Maris, & Cæli, generisque Animantium.

Hic neque tum Solis rota cerni lumine largo
Altivolans poterat, neque magni Sidera mundi,
Nec Mare, nec Cælum, nec denique Terra, ne-
que Aër, 435

Nec similis nostris rebus res ulla videri:
Sed nova tempestas quædam, moleque coorta.
Diffugere inde loci partes cœpere, paresque
Cum paribus jungi res, & discludere Mundum,
Membraque dividere, & magnas disponere par-
teis 440

Omnigenis è Principiis, discordia quorum
Intervalla, Vias, Connexus, Pondera, Plagas,
Concursus, Motus turbabat, prælia miscens,
Propter dissimileis formas variasque figuras;
Quòd non omnia sic poterant conjuncta ma-
nere, 445

Nec motus inter sese dare convenienteis:
Hoc est à Terris altum secernere Cælum,
Et seorsum Mare uti secreto humore pateret,
Seorsus item puri, secretique ætheris Ignis.

Quippe etenim primum Terræ corpora quæ-
que, 450
Propterea

430. Tandem ea conveniant, quæ ut con-
venire repente.] Alii, Tandem conveniunt
ea quæ conjuncta, &c. Et melius. V. lib. II.
v. 1169. In sequenti versu pro sæpe Faber
legit, nempe. Ut & lib. II. v. 1060. At pro-
fectò vox repente modum tantum conjun-
ctionis exprimit, ideoque illa, quam jactat
Faber, emendatio nulla est, Vid. lib. II.
v. 1060.

438. Inde loci.] Id est, Postea. Infra,
v. 749.

Inde loci sequitur Calor.

Et v. 789.

Inde loci Mortalia sæcla creavit.

439. Discludere.] Discernere, Distinguere,
&c. At Disclufis & Discludere, lib. III. v.
172. & lib. VI. v. 239. Diruptis sonat, & Per-
rumpere. Macrobius, Sat. lib. VI. cap. 2.
his comparat illa Virgilio in Sileno,

Namque cœbat uti magnum per Inane
coacta

Semina Terrarumque, Animæque, Ma-
risque fuissent,

Et liquidi simul Ignis; ut his exordia
primis

Omnia, & ipse tener Mundi concreverit
Orbis:

Tum durare Solum, & discludere Nereæ
ponto

Cæperit, &c.

447. Hoc est à Terris.] Explicatio illa-
rum vocum, dare motus convenientes, id est,
inquit, separare Cælum à Terra, &c. Faber.
Alia verò, quam posui, interpretatio non est
inepta; & Cælum rectè Aërem interpretor.

450. Quippe etenim.] Cùm rudis & indi-
gesta corpusculorum congeries in ordinem
redigatur per motum, omnisque motus à
gravitate

NOTE.

Propterea quòd erant gravia, & perplexa coibant,
In medioque imas capiebant omnia fedes :

Quæ quantò magis inter se perplexa coibant,
Tam magis expressere ea, quæ Mare, Sidera,
Solem,

Lunamq; efficerent, & magni mœnia Mundi. 455

Omnia enim magis hæc è lævibus atque rotundis
Seminibus, multòque minoribus sunt Elementis,
Quàm Tellus: ideo per rara foramina terræ
Partibus erumpens primus se sustulit Æther

Signifer, & multos secum levis abstulit Igneis: 460
Non alia longè ratione, ac sæpe videmus,

Aurea cùm primùm gemmanteis rore per herbas
Matutina rubent radiati lumina Solis,

Exhalantq; Lacus nebulam, Fluviique perennes :

Ipsa quoque interdum Tellus fumare videtur : 465

Omnia quæ fursum cùm conciliantur in alto,

Corpore concreto subtexunt nubila Cœlum :

Sic igitur tum se levis, ac diffusilis Æther

Corpore concreto circumdatus undique sepsit,

Et latè diffusus in omneis undique parteis, 470

Omnia sic avido complexu cætera sepsit.

detur : Quæ omnia (Nebulæ, viz. & Fumi) cum in altum sublata condensantur, Nubes fiunt, & concreto corpore subtexunt Cœlum. Sic levis & diffusilis æther in spissum corpus ex omni parte condensatus seipsum continuit, & longè latèque in omnes partes diffusus, in genti ambitu reliqua omnia complexus est.

quia gravia erant, & implicata convenerunt; imusque Sedes in medio capiebant. Quæ corpuscula quanto magis pressè & arcè unita sunt, tantò magis expresserunt ea Corpuscula quæ efficerent Mare, Sidera, Solem, Lunam, & immensum Cœlum. Nam hæc omnia constant è Principiis lævioribus, magis rotundis, & minoribus, quam Terra: Ideo per patentés meatus Terræ Cœlum Steliferum primùm erumpens in altum ascendit; & multos Ignes secum leve abstulit. Pari pendè modo ac sæpe videmus, cùm primùm matutina aurea lumina radiati Solis rubent per Herbas rore gemmantes (Sol oritur) & lacus & fluvii perennes exhalant nebulam: Ipsa quoque Terra fumare (fumos emittere) vi-

NOTÆ.

gravitate oriatur, rectè inquit Poeta quid Atomi gravissimæ agunt: Existimavit autem Epicurus coacervatas confusaque Atomos irrequieto & ingenito suo motu ita sese convolvissè, revolvissè, fusque deque exagitassè, ut postremò crassiores omnes versus Medium confluerint, & tenuiores extrusione facta à crassioribus versus circumferentiam avolârint. Porro ex crassioribus quidem illis conflatum fuisse Terræ corpus, quod Semina Aquæ in se contineret, ut quæ non potuissent perinde avolare cum cæteris: At è cæteris, quòd varii in ipsis tenuitatis gradus forent, quasdam restitissè non longè à Terra, constituisse Aërem, reliquas altius emerissè, & constituisse ætherem, & extrusa simul Corpuscula ignea coissè in eas moles, quæ in illo adhuc collucent, & appellantur Sidera. Corpora denique illa minora rotunda, lævia fuisse, ad eum motum in circumferentiam per elisionem, & expressionem à crassioribus factam sic determinata, ut cùm ex massa tamen non exirent viis parallelis, neque juxtim incidere, idcirco in ipso pro-

gressu sibi variè occurrissè, impetumque acceptum mutò refrigerint, quo usque impetu denique cessante, quæ promotiores, sive à medio remotiores extiterint, effectæ sunt sibi invicem implicitæ, seseque mutò continentes, comprimentes, atque idcirco speciem quandam Mæniorum Mundi creantes; & quæ deinceps ed appulerunt, ita sunt ab illis reflexæ, ut ab aliis subinde occurrantibus tota illa ætheræ atque celestis regio fuerit exinde concinnata. Licebit id fortè intelligere ea comparatione, qua Lucretius rem explicat, dum id potuisse fieri ostendit, ut quando Vapores & Halitus ex Aqua Terraque prodeuntes, & sublimè elati ita fursum addensantur, crescuntque in nubila, ut illic fiat quasi Laquear, sub quo Aër qui restat nobis aspectabilis contineatur. Hæc, v. 21. vide etiam *Plutarchum*, Cap. 4. lib. I. de Placit. Phil.

452. *In medioque imas.*] Turnebus, *In medio, atque imas.*

460. *Signifer.*] Alii: *Ignifer.*

465. *Ipsa quoque.*] Alii: *Ipsaque ut.*

Hunc

Hunc aethrem surgentem Principia, que constitunt, Solem & Lunam (quorum globi inter Ætherem & Terram in Auris volvantur) secuta sunt; Que Principia neque Terra retinuit, neque maximus Æther recepit, quoniam neque erant tam gravia ut ad imum subsiderent, neque tam levia ut ad extremas Mundi oras ascenderent. Tamen inter Terram & Ætherem ita sita sunt, ut duos globos perpetuò volvant, & sint Mundi universi partes: Ut in nostris corporibus quaedam sunt membra que quiescunt, cum tamen sint alia que continuo moventur. Segregatis igitur his rebus (Æthere, viz. Sole, Luna, &c.) Terræ ista pars qua nunc magnum Mare extenditur, subsedit altius, & cavernas recipiendo Humori falso idoneas excavavit. Posthac quò magis Cæli calor & radii Solis crebris ictibus undique trudebant versus Centrum particulas Terræ ad extremas oras multis poris & meatibus hiantis, ut pulsus versus Medium particulis fiat Corpore densius & magis compactum, eò magis falsus liquor de Corpore ejus expressus fluendo Mare extendebat: atque eò magis multa Ignis & Aeris corpuscula terrenis particulis exsoluta evolabant, & longè à Terris fulgens altumque Cælum constituerunt. Plani Campi subsidebant, eminebant Montes alti,

Hunc exordia sunt Solis Lunæque secuta:
Inter utrosque globi quorum vertuntur in auris:
Quæ neque Terra sibi adscivit neque maximus
Æther:

Quòd nec tam fuerint gravia, ut depressa federent: 475

Nec levia, ut possent per summas labier oras:
Et tamen inter utrosque ita sunt, ut corpora viva
Versent, & partes ut Mundi totius extent.

Quod genus in nobis quædam licet in statione
Membra manere, tamen cum sint ea quæ moveantur. 480

His igitur rebus retractis, Terra repente,
Maxima, quæ nunc se Ponti plaga cærule tendit,
Succidit, & falso suffudit gurgite fossas:

Inque dies quantò circum magis Ætheris æstus,
Et radii Solis cogebant undique Terram, 485
Verberibus crebris extrema ad limina apertam,
In medio ut propulsa suo condensa coiret:

Tam magis expressus falsus de corpore Sudor
Augebat Mare manando, camposque natanteis:
Et tantò magis illa foras elapsa volabant 490

Corpora multa Vaporis, & Aeris, altaque Cocli
Densebant procul à terris fulgentia templa:
Sidebant Campi, crescebant Montibus altis

472. Hunc exordia, &c.] Ita Terram totius Mundi fundamentum, ita Ætherem, Mundi mœnia (ceteros Planetas negligit) constituit, Solem autem Lunamque mediæ inter Ætherem & Aerem naturæ, quorum nempe Principia erant Aeris leviora, graviora Ætheris, in ipsis Ætheris Aerisque confiniis collocat, ubi perpetuò, ut Pulmones & Corda in Animalibus, moventur. v. 9.

473. Inter utrosque globi.] Hunc versum delet Lambinus, parenthesi includit Giffanius: Faber legit, Astrorumque globi: quam emendationem excute, & nulla videbitur. Astrorum enim ortum, v. 460. docuit,

Se sustulit Æther
Signifer, & multos secum levis abstulit
Ignes.

Deinde, v. 477. in quo Corpora bina non Viva legendum, totam istam de Astris fabulam evertit: Dele igitur versum, qui è

N O T E.

v. 477. natus videatur.

481. His igitur rebus, &c.] Sed Opus nondum perfectum est, nullibi enim, Aqua, Aer, Ignis: Fœculenta igitur ista congeries, quæ in imum confluit, Solis radiis ætherisque æstu ex omni parte pressa se contraxit: Inde Mare tanquam Sudor emanavit, leviores autem particule altius evehæ Elementum Ignis & Aeris constituerunt: Cùm verò hujus congeriæ particule quædam duræ magis essent rigidæque, omnes non pariter subsidebant, inde cava loca Mari recipiendo idonea, inde etiam Fluviurum alyei, inde denique plani Campi, & montium altitudo, v. 18.

483. Falso suffudit gurgite fossas.] Subtus perfudit, & complevit, Lambinus, Alii legunt, Suffodit: Nam Plutarchus ex Epicuro, καὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐπιστάν ἐκὼσαν τὰς υποκαίμενὰς τῶν.

Ascensus:

Ascensus: neque enim poterant subsidere Saxa,
Nec pariter tantundem omnes succumbere
partes.

Sic igitur Terræ concreto corpore pondus
Constitit, atque omnis Mundi quasi Limus in imum
Confluxit gravis, & subsedit funditus, ut Fax.

Inde Mare, inde Aër, inde Æther ignifer ipse.

Corporibus liquidis sunt omnia pura relicta; 500

Et leviora aliis alia: & liquidissimus Æther,

Atque levissimus Aëris super influit auras;

Nec liquidum corpus turbantibus Aëris auris
Commiscet: finit hæc violentis omnia verti

Turbatinibus: finit incertis turbare procellis: 505

Ipse suos Igneis certo fert impete labens.

Nam modicè fluere, atque uno posse Æthera nisu,

Significat Ponti Mare, certo quod fluit æstu,

Unum labendi conservans usque tenorem.

Motibus Astrorum nunc quæ sit causa,
canamus.

Principio, magnus Cæli si vertitur orbis:

Ex utraque Polum parti premere Aëra nobis

Dicendum est, extraque tenere, & claudere utrinque;

Inde Alium supera fluere, atque intendere eodem,

to æstu fluit, unum fluendi tenorem perpetuo conservans. Nunc canamus, quæ sit causa
motibus Astrorum; Primum, si magnus Cæli orbis volvatur, tum dicendum est Aëra exteriorem
Cæli superficiem circumdare, & utrumque Cæli Polum (tam Septentrionalem, quam
Austroalem) premere: Aliam vero istius Aëris partem supra fluere, & eò tendere,

NOTÆ.

499. *Inde Mare, inde Aër, &c.*] Motus Astrorum ut rectius explicet, v. 11. præmittit, quibus docet Ætherem levissimum & liquidissimum super inconstantem & turbulentum Aërem evertum procellarum omnium esse expertem, & constanti æquabilique motu fluere, neque enim iste motus Ætheris incredibilis, cum perennis neque unquam recurrens sit Ponti Euxini in Propontidem fluxus.

500. *Omnia pura.*] Terra enim Limus & Fax totius Mundi penitus subsedit.

505. *Turbare.*] Περὶ τὴν ἕρσην: *Faber.*

508. *Ponti Mare.*] Ita rectè Lambinus, qui aliquando scripsit, *Tantum Mare*. Non autem fluxus refluxusque Oceani, quod ridiculè *Fayus* existimavit, (unde enim iste Oceani motus similis fit uni Ætheris nisu?) sed Maris Euxini cursus intelligendus est: *Ponto*, Gifanius, id est, in *Ponto*, absurdè: Sed *Ponto* in Libris invenit: Ita verò,

quasi *Ponto* vel *Pontis* pro *Ponti* Codices nunquam exhiberent.

510. *Motibus Astrorum, &c.*] Physicorum munere se probè fungi existimant Epicuræi, si possibiles quidam Motuum cælestium causas assignent: Id jam agit *Lucretius*, v. 25. Nam si totum Cælum moveatur, tum potest esse Aër duplex, alter qui superne premat, Cælumque in Occasum urgeat, alter qui inferne quasi subtervehat: Si quiescat Orbis tum rapidè quædam Ætheris particule exitum in Inane Spatium quærentes, nec valida Mundi mœnia perfringere valentes circumversantur, & secum Astra rapiunt: Vel Aër aliquis externus irruit & versat, vel tandem ipsa prærepunt Astra, prout Corporibus Igni suo alendo idoneis per Cælum ducuntur.

513. *Extraque tenere.*] Alii: *Et utraque tenere.*

quò fulgentia æterni
Mundi Sidera volvenda
sunt: Aliam autem subter
fluere, quæ Cæli orbem ab
Aëre supra fluente devo-
lutum subvehat: eodem
plaudè modo quo videmus
fluvios rotas atque Hau-
stra versare. Potest quo-
que fieri ut totus Cæli Or-
bis quiesceret, interim tam-
en Astra fulgentia vol-
vantur. Sive quoniam rap-
ida Particulæ Ætheris
inclusæ sunt, & queren-
tes viam quæ exeunt, cir-
cumferuntur, & per im-
mensa Cæli spatia stellæ
volvunt: Sive quoniam
Aër extrinsecus fluens
movet & versat, sive
quoniam ipsi possunt ed-
tendere quo proprium cui-
que alimentum vocat, at-
que trahit Corpora flam-
mæ nutriendis apta per
Cælum passim depascen-
tes. Nam difficile asserere
hanc vel illam Causam
veram certamque esse
causam horum motuum in
hoc Mundo, Sed quid pos-
sit fieri per Universum (το
πᾶν) in diversis Mundis
diverso modo formatis, id
doceo, & Astrorum motibus assigno plures causas, quæ per Universum esse possunt, è quibus
tamen causis una necesse est ut sit Causa vera & certa quæ Astra moveat & verset, sed que-
nam ex illis sit ista Causa definire non est Illius Philosophi, qui cautè philosophatur. Et ut
Terra in media Mundi regione quiesceret,

Quò volvenda micant æterni Sidera mundi: 515
At Alium subter, contrà qui subvehat Orbem:
Ut fluvios versare Rotas, atque Haustra videmus.

Est etiam quoque, uti possit Cælum omne ma-
nere

In statione, tamen cum lucida signa ferantur:
Sive quòd inclusi rapidi sunt Ætheris æstus, 520
Quærentesque viam circumversantur, & Ignes
Passim per Cæli volvunt se immania templa:
Sive aliunde fluens alicunde extrinsecus Aër
Versat agens igneis: sive Ipsi serpere possunt,
Quò cujusque cibus vocat, atque invitat eun-
teis; 525

Flammæ per cælum pascentis corpora passim.
Nam quid in hoc Mundo sit eorum, ponere certum
Difficile 't: sed quid possit, fiatque per Omne
In variis Mundis varia ratione creatis,
Id doceo: pluresque sequor disponere causas 530
Motibus astrorum, quæ possint esse per Omne.
E quibus una tamen sit & hæc quoque causa ne-
cesse 't,

Quæ vegeat motum signis: sed quæ sit earum
Præcipere, haud quaquam 't pedetentim progre-
dientis,

Terra; ut in media Mundi regione quiescat, 535
Evanescere

N O T Æ.

515. *Æterni.*] Cælum Epicurus non dixe-
rit æternum: Faber autem legit, *Alterni*,
Mundum verò seu Cælum *Alternum* dixit,
quòd alternis dierum noctiumque vicibus
modò Sol modò Stellæ prodeant, & Cælum
vertatur.

517. *Haustra.*] Rotarum Cadi, ab hau-
riendo: Nonius.

522. *Immania templa.*] Virgilius,
Posuitque immania templa.

Alii tamen *Inania.* *Volvunt se:* Istud *Se* de-
lendum.

526. *Pascentes corpora flammea.*] Ut lib. II.
Depascimus aurea dicta.

Alii autem: *Pascentes corpora sua flam-
mea.*

533. *Quæ vegeat motum Signis.*] Alii:
Quæ vegeat motu in signis. *Veget* autem *Ve-
getat*, erigit, excitat: Ennius,
Equora salsa veget ingentibus ventis.

535. *Terraque ut in media, &c.*] Meritò
autem aliquis inquirat, cum Telluris grave
pondus toties memorat *Lucretius*, cur in
medio Aëre quiescat, cur non perrumpat,
& in infinitum Inane præceps descendat.
Respondet Poeta, v. 16. quòd quamvis Tel-
luri Aër Solus circumfusus esse contingat,
quia tamen tam Aër quam Terra cognatione
vinctæ tenentur, ejusdemque Totius partes
ab ipsa sui origine sunt, ideo Aeri terra non
est oneri, sed quasi omni gravitate compre-
ssioneque deposita illi infidet: Secus au-
tem foret si Terra hæc ex alio Mundo adve-
heretur, sic enim suo pondere Aërem istum
premeret, quemadmodum minimum pon-
dus nostris corporibus sentitur si extrinse-
cus apponatur, cum tamen nec caput, nec
cætera membra sibi mutò sunt gravia, quòd
sibi mutò congenæ sint, communique jure
vinciantur. Epicurus ad Herodotum dixit,

Evanescere paulatim, & decrefcere pondus
 Convenit: atque aliam naturam subter habere
 Ex ineunte ævo conjunctam, atque uniter aptam
 Partibus Aëriis Mundi, quibus infita fedit.
 Propterea non est oneri, neq; deprimit auras: 540
 Et fua cuique Homini nullo funt pondere
 Membra:

Nec Caput est oneri Collo, nec denique totum
 Corporis in Pedibus pondus fentimus inefle.
 At quæcunque foris veniunt impoftaque nobis
 Pondera funt, lædunt permulto sæpe minora: 545
 Ufquædeò magni refert, cui quæ adjectæ res.
 Sic igitur Tellus non est aliena repente
 Adlata, atque auris aliunde objecta alienis:
 Sed pariter prima concepta ab origine Mundi:
 Certa que pars ejus, quafi nobis Membra, vi-
 detur. 550

Præterea grandi tonitru concuffa repente
 Terra, fupra fe quæ funt, concutit omnia motu:
 Quod facere haud ulla poffet ratione, nifi effet
 Partibus aëriis mundi, cœloque revincta.
 Nam communibus inter fe radicibus hærent 555
 Ex ineunte ævo conjuncta, atque uniter apta.
 Nonne vides etiam, quàm magno pondere nobis
 Suflineat corpus tenuiffima vis Animai,
 Propterea quia tam conjuncta, atq; uniter apta'ft?
 Denique jam saltu pernici tollere Corpus 560
 Quis potis est, nifi vis Animæ, quæ membra gu-
 bernat?

vi Tonitru repente concuffa, omnia quæ fupra fe funt, concutit, & tremere facit, quod tamen nullo modo poffit, nifi partibus Aëriis Mundi, & Cælo effet conjuncta: nam communibus radicibus inter fe hærent à prima origine conjuncta atque unita. Nonne etiam vides quàm ponderofum Corpus fuflineat Anima, quæ tenuiffima est res, quoniam tam arctè conjuncta est, & à prima Origine Corpori unita? Denique quid præter Animam, quæ regit & gubernat Artus potest agili saltu Corpus tollere?

N O T A E.

τὴν γῆν τῷ Ἀέρι ἐπὸς αἰθέρα ὡς συρφετῆν. Hanc
 verò Telluris cum Aëre connexionem probat,
 v. 6. quia Fulmine, quod violentos in
 Aëre motus excitat, concuffa tremit:
 Deinde, ne quis miretur Aërem, qui fit res
 adeo tenuis, fuflineare molem tantopere
 craffam, fubjungit, v. 8. tenuiffimam rem,
 Animam, viz. noftram, fuflineare Corpus pon-
 derofum, imò saltu in altum tollere valere.

539. *Infita fedit.*] Optime Lambinus, fed
 non ita Gifanius, qui *Vivit*.

546. *Cui quæ adjectæ res.*] Gifanius:
Quid quæ adjectæ res.

561. *Quis potis est.*] Ita fcripferunt Scio-
 li, quia dubitaverunt an dici latine poffit

aquam erat ut illius pondus paulatim decrefceret, & diminueretur; ut verò id fiat, neceffe est ut habeat aliam naturam (Corpoream tamen) fibi fubjectam, à prima fua origine conjunctam & unitam Mundi partibus Aëriis, quibus incumbit. Ob hanc caufam non est oneri partibus iftis Aëriis, neque eas premit: Ut cuilibet Homini fua Membra non funt onerofa, nec Caput premit Collum, nec pedes fentiunt totius Corporis pondus fibi incumbens: at quæcunque pondera nobis extrinfecis applicata imponuntur, lædunt, quævis fæpe levia funt, neque magni ponderis: tanti refert quæ res cui rei adjungatur. Ita igitur Tellus non aliena (alio loco & non fimul cum Auris quibus infidet formata) repente allata est, & auris alienis aliunde adjecta, fed ab ifta prima origine Mundi unà cum Auris facta est, & certa pars Mundi extitit, ut Membra noftra unà cum Corpore conftituta, & certe partes videntur efle. Præterea, Terra gra-

Nullum Animal potis est efficere. Idque eò accidit quia Ennium, Plautum, Terentium, alios non legerant, quin nec Lucretii latinitatem unquam obfervarunt: Ipfe enim alicubi,

Conjunctum est id, quod nunquam fine perniciali

Discidio potis est fejungit.

in lib. IV.

Tenue locis quia non potis est adfigere adhafum.

lib. V.

Corpus non potis est cerni

ideo leg.

Quid potis est. Faber.

Nonne igitur jam vides quantum valere potest tenuis res quando gravi cum corpore conjuncta est, ut Aër Terræ conjungitur, & nostro Corpore Anima; Orbis autem Solis nec multò major, nec multò minor esse potest, quàm nostris oculis apparet: Nam è quocunque Intervallo Ignes possunt radios lucis jaculari, nostraque corpora suo calore attingere; Id intervallum nihil detrahit de corpore Ignium, neque facit ut minores nostris oculis videantur, quàm revera sunt: Proinde, quoniam Calor, & emissi radii Solis nostros oculos attingunt, & Terra hæc ejus splendore illustratur, Hinc colligere debemus formam figuramque Solis, in Cælo nobis apparere eandem quæ est, ita ut errares si majorem vel minorem existimares. Luna etiam sive alieno lumine fulget, sive suo de corpore propriam lucem jactet, utcumque id sit, illam habet figuram, illamque dimensionem quam nostris oculis cernimus habere: Nam omnia quæ è longinquo per multum Aëra videmus, prius videntur specie confusa, quàm extremos eorum ductus & lineamenta oculis usurpare possimus; Quapropter quoniam Luna, non specie confusa videtur, sed certam claramque figuram, ut est extremis oris notata (totius sui corporis) exhibet; quantacunque revera sit, tanta in Cælo nobis appareat necesse est: Postremò, quascunque stellas in Cælo vides,

Jamne vides quantum tenuis natura valere Possit, ubi est conjuncta gravi cum corpore, ut Aër Conjunctus terris, & nobis est Animi vis?

Nec nimio Solis major rota, nec minor ardor 565
Esse potest, nostris quàm sensibus esse videtur.

Nam quibus è spatiis cunquelignes lumina possunt Adjicere, & calidum membris adflare vaporem, Illa ipsa intervalla nihil de corpore limant Flammarum, nihilo ad speciem 'st contractior Ignis. 570

Proinde calor quoniam Solis, lumenque profusum Pervenit nostris ad sensus, & loca tingunt: Forma quoque hinc Solis debet filumque videri, Nil adeo ut possis plus, aut minùs addere verè.

Lunaque sive notho fertur loca lumine luftrans, 575

Sive suam proprio jactat de corpore lucem, Quicquid id est, nihilò fertur majore figura, Quàm, nostris oculis quam cernimus, esse videtur.

Nam prius omnia, quæ longè remmota tuemur Aëra per multum specie confusa videntur, 580

Quàm minimum filu: quapropter Luna necesse 'st, Quandoquidem claram speciem, certamque figuram Præbet, ut est oris extremis cunque notata, Quanta hæc cunq; fuat, tanta hinc videatur in alto.

Postremò, quoscunque vides hinc ætheris Igneis, 585

565. Nec nimio Solis major rota, &c.] De Magnitudine Solis & Siderum Epicurus in Epistola ad Pythoclem, Magnitudo Solis, & reliquorum Siderum, quod ad nos quidem attingit tanta est, quanta & apparet; quod ad ipsam verò rem spectat, aut paulò major, aut paulò minor, aut præcisè tanta, quanta videtur, est: ut Oculi aut nihil aut non multum mentiantur. Idem asserit Poeta, v. 10. argumentum à sensu desumens: Donec Lumen Calorque Ignis à nobis sentiantur, dum ab Igne recedimus, Ignis nihilo contractior apparet, quàm dum propè sumus. At Lumen Caloremque Solis sentimus, ideo eadem est illius quæ apparet magnitudo. Deinde, v. 10. Luna addit, nos extremam illius oram, ac summam faciem distinctè cernere: at confu-

sè cerneretur, si tam longè distaret ut aliquid illius magnitudinis longinquitate deterreretur. Demum, v. 7. de Sideribus subjungit, ea non multò minor neque multò majora esse, vel tanta esse quanta videantur, quia ista varietate exhibentur & Ignes qui apud nos ex intervallo interdiu nocturneque spectantur. Hæc ipse Epicurus ad Pythoclem.

569. Illa intervalla.] Nil Visus intervalla, Gifanius.

572. Et loca tingunt.] Alii, & loca fulgent. Et versu sequenti, Filumque, Lambinus: vid. v. 581. dum Vulg. Sublime: & Gifanius, Illinque, id est, Illincque. Frustra. Sublime autem potest, cum versu 584. legimus,

Tanta hinc videatur in alto.

(Quando-

(Quandoquidem, quoscunque in terris cernimus igneis.

Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorū; Perparvum quiddam interdum mutare videntur Alterutram in partem flum, cū longiūs absint,) Scire licet, perquam pauxillo posse minores 590 Esse, vel exigua majores parte, brevique.

Illud item non est mirandum, qua ratione Tantulus ille queat tantum Sol mittere lumen, Quod maria, ac terras omneis cœlumque rigando Compleat, & calido perfundat cuncta vapore. 595 Nam licet hinc Mundi patefactum totius unum Largifluum fontem scatere, atq; erumpere flumen Ex omni Mundo, quò sic Elementa vaporis Undique conveniunt, & sic conjectus eorum Confluit, ex uno capite hic ut profluat ardor; 600 Nonne vides etiam, quàm latè parvus aquai Prata riget Fons interdum, campisque redundet? Est etiam quoque, uti non magno Solis ab igni Aëra percipiat calidis fervoribus ardor.

Opportunus ita' sit si fortè, & idoneus Aër, 605 Ut queat accendi parvis ardoribus ictus: Quod genus interdum segetes stipulamq; videmus Accipere ex una scintilla incendia passim, Forsitan & rosea Sol altè lampade lucens Possideat multum cæcis fervoribus ignem 610 Circum se, nullo qui sit fulgore notatus, Æstiferum ut tantum radiorum exaugeat ictum.

Aëris temperies & conditio, ut à parva debiliq; flamma accendi possit, ut interdum videntur segetes & stipulam per latos agros una scintilla accendi: Fieri denique potest, ut Sol ille qui in Cælo fulgidam ostendit lampada, habeat circum se multos ignes qui non fulgent, qui tamen fervidium Radiorum fulgentium calorem augere possunt.

NOTÆ.

588. *Mutare videntur.*] Palmerius, *Mutare videtur*, id est, *mutari Filum*: Hac observatione potuimus carere.

592. *Illud item non est, &c.*] Sed tantus ille Calor & Lumen per univèrsū, quàm patet, Æthera diffusum è tantulo & quasi pedali Sole emanare vix posse videatur. Huic difficultati ut satisfaciatur *Lucetius*, docet, v. 11. Solem eoncipi posse ut fontem perennem Lucis & Caloris, quòd in ipsum ex toto Mundo Semina Lucis & Caloris confluant tanquam in Scaturiginem, ita ut non Unius Solis, sed totius Mundi Lumen & Calorem sentiamus. Deinde subjungit, v. 10. fortè Aërem vicinū Soli ab

illo accendi, multasq; Igneas particulas nobis quidem inconspicuas circa Solem esse, & inde tantus Calor, Lumenque tam longè & latè profusum.

597. *Erumpere flumen.*] Alii, *Lumen*, fortasse meliùs: Aliàs de Solis Lumine, de quo, v. 593. objectionem instituit, nihil dixisse videatur.

604. *Percipiat.*] Sic lib. IV. *Quàm quæ percipiunt Oculos, visumque laceffunt.*

608. *Accipere.*] Sic lib. VI. v. 40.

Aridior porro si nubes accipit Ignem.

Gifanius tamen, *Accendere.*

Una deniq; & certa causa assignari non potest, cur Sol è partibus æstivis Brumales flexus Capricorni adeat (ad Tropicum Capricorni tendat) & inde rediret ad Cancrum, & cur Luna singulis mensibus illud spatium percurrat, in quo percurrendo Annum (duodecim menses) consumit Sol: Una inquam & certa causa non potest assignari. Nam primò id videtur posse fieri quod Democritus egregius Philosophus affirmat, viz. quòd quanto magis vicina sunt Terræ Sidera, tantò minus Cæli motu possunt circumferri. Nam rapida vis motus supremi Cæli priusquam attingit inferiores orbis paulatim imminuitur, ideoque paulatim relinquitur Sol cum Signis sequentibus, quoniam multò inferior est quàm summa Cæli Signa: Luna autem quanto longius à Cælo & Terris propius volvitur tantò minus Signorum celeritatem æquare posse videatur, & quanto minus celeri motu quàm Sol fertur, quoniam inferior est, & longius à Summo Cælo distat, tantò magis omnia Signa illam assequuntur, circum etiam, & præter illam feruntur: Et inde fit, ut Luna sæpius & citius ad unumquodque Signum reverti videatur, cum reverà singula Signa illam revisant. Potest etiam fieri, ut ex oppositis Mundi partibus Aër certo tempore alternatim fluat, qui Aër queat Solem detrudere æstivis Signis, usque ad Hyemalem Capricornum aeterno gelu & frigore rigentem,

Nec ratio Solis simplex, nec certa patescit, Quo pacto æstivis è partibus Ægocerotis Brumaleis adeat flexus, atque inde revertens 615 Canceris ut vertat metas se ad Solstitiales: Lunaque mensibus id spatium videatur obire, Annua Sol in quo consumit tempora cursu: Non, inquam, simplex his rebus reddita causa 'ft. Nam fieri vel cum primis id posse videtur, 620 Democriti quod sancta viri sententia ponit: Quanto quæque magis sint terram Sidera propter, Tantò posse minus cum cæli turbine ferri. Evanescere enim rapidas illius, & acreis Imminui subter vireis, ideoque relinqui 625 Paullatim Solem cum posterioribus Signis, Inferior multò quòd fit, quàm fervida Signa: Et magis hoc Lunam: & quanto demissior ejus Cursus abest procul à Cælo, terrisque propinquat, Tantò posse minus cum Signis tendere cursu. 630 Flaccidiore etiam quanto jam turbine fertur Inferior quàm Sol, tantò magis omnia Signa Hanc adipiscuntur, circum, præterque feruntur. Propterea fit, ut Hæc ad Signum quodque reverti Mobilium videatur, ad Hanc quia Signa reverti 635 sunt.

Fit quoque ut è mundi transversis partibus Aër Alternis certo fluere alter tempore possit, Qui queat æstivis Solem detrudere Signis Brumaleis usque ad flexus, gelidumque rigorem:

613. *Nec ratio Solis, &c.*] Annum Solis, & Mensurum Lunæ cursum per duodecim Signa Zodiaci ut explicet, primò, v. 23. proponit sententiam Democriti, qui docuit inferiora Sidera à summo Cælo rapi & circumferri, celerius aut tardius pro rata uniuscujusque Sideris è summo isto Cælo distantia. Sol igitur celerius quàm Luna, ideoque illum rariùs quàm illam Signa assequuntur & prætereunt: Neque mirum si Luna uno Mense Signa omnia, in quibus duodecim terit Sol, percurrere videatur. Deinde, v. 13. Duos Aëres Lunæ Solique inservientes introducit, quorum altero à Cancro ad Capricornum detruduntur, al-

tero à Capricorno ad Cancrum flato tempore subvehuntur: Et ne illud incredibile videatur, jubet Nubes spectare quas diversi Venti in partes diversas protrudunt.

615. *Flexus.*] Mox vocat, *Metas*: viz. de Cursu Siderum agens vocibus utitur certamini Curuli accommodatis.

616. *Canceris.*] Ita olim dicebatur, nunc *Cancro*: Apud S. Cyprianum, p. 234. *veluti Cancere infecta*, legimus.

635. *Ad hanc quia Signa revertunt.*] Alii, *recurrunt*: Sed, *Visere ad*, & *Revisere ad*. Optimi Authores, & Ipse Lucretius, lib. II, & VI.

Et qui rejiciat gelidis à Frigoris umbris 640
Ætiferas usque in parteis, & fervida Signa.

Et ratione pari Lunam, Stellasque putandum 'st,
Quæ volvunt magnos in magnis orbibus annos,
Aeribus posse alternis à partibus ire.

Nonne vides etiam diversis nubila ventis 645
Diversas ire in parteis, inferna supernis?

Qui minùs illa queant per magnos ætheris orbeis
Æltibus inter se diversis Sidera ferri?

At nox obruit ingenti caligine terras,
Aut ubi de longo cursu Sol extima cœli 650

Impulit, atque suos efflavit languidus igneis
Concussos itere, & labefactos aere multo:

Aut quia sub terras cursum convertere cogit
Vis eadem, supera terras quæ pertulit orbem.

Tempore item certo roseam Matuta per
oras 655

Ætheris Auroram defert, & lumina pandit,
Aut quia Sol idem sub terras ille revertens

Anticipat cœlum radiis accendere tentans:
Aut quia conveniunt ignes, & femina multa

Confluere ardoris confuerunt tempore certo, 660
Quæ faciunt Solis nova semper lumina gigni.

Quod genus Idæis fama 'st è montibus altis
Dispersos

ex altera verò parte queat
rejicere ab Hibernis Si-
gnis, & ad æstiva evehe-
re: Et pari ratione cre-
dendum est, Lunam &
Stellas quæ magnos Annos
in magnis Orbibus pera-
gunt, ab Aeribus istis
alternatim fluentibus in
partes Cœli diversas fer-
ri. Nonne etiam vides
Nubila diversis ventis in
partes Mundi diversas
ire, & inferiora super-
rioribus contraria move-
ri? Quid igitur impedit
quin per magnos Cœli or-
bes Sidera ipsa Æstibus
(statibus ætæris) inter se
diversis ferantur? At
densis tenebris Nox Ter-
ram obruit, vel quando Sol
post longum cursum ex-
tremas Cœli oras attigit,
& fatigatus efflavit suos
Ignes itinere concussos, &
labefactos multo isto Aere
quem percurrit, aut quia
eadem vis quæ orbem So-
lis supra Terras volvit,
cogit eum convertere cur-
sum suum sub Terras.

*Matuta defert roseam Auroram per oras Cœli, diemque aperit, vel quoniam illo idem Sol sub
Terras revertens radiis, antequam Ipse appareat, præmissis Cœlum accendere conatur: Aut
quia Ignis conveniunt, & Semina multa flamma certo tempore consuerunt consuevere, quæ
novi Solis corpus quotididè conficiunt, uti fertur ex altis Idæis montibus*

NOTÆ.

643. *Magnos Annos.*] Stellarum Perio-
dos, & Saturni, Jovis, Martisque revolu-
tiones respicere videtur.

649. *At nox obruit, &c.*] Diem sequitur
Nox, quia, v. 6. Sol longo cursu languidus,
occidens enim languescere videtur,
extinguitur, vel quia eadem vi qua supra
Terras diurno temporeolvebatur, subter
Terras nocturno fertur. Epicurus in Epi-
stola ad Pythoclem Ortum & Occasum So-
lis & Lunæ, κατ' ἐμθανειν τε ὑπὲρ γῆς,
& πάλιν ἐπίγειον, vel κατ' ἀναίαν, &
κατὰ σέσω posse fieri contendit.

650. *Extima.*] Sive *Ultima* legas, perin-
de est.

655. *Tempore item certo, &c.*] Ante Solis
exortum Splendor quidam, qui Aurora di-
citur, illustrat Cœlos, quoniam Sol sub

Terras ab Occasu in Ortum revertens ante-
quam Ipse appareat, effundat radios, vel
quia dispersa hesternò itinere Ignis Semina
ibi confluent, & prius quàm formàrent aut
accenderunt Solis globum, debili luce
Æthera illustrant. Posteriorè causam fab-
bula, quæ apud Pomponium Melam, Lib.
V. Cap. 6. & Diodorum Siculum, lib. XVII.
legatur, confirmat; & si constantia illius
confluxus cuiquam incredibilem videatur, is
consideret non minorem in multis aliis re-
bus constantiam deprehendi.

655. *Matuta.*] Ino, seu Leucothea apud
Græcos.

662. *Quod genus Idæis, &c.*] Diodorus
Siculus, lib. XVII. p. 491. "Ἴδιον δὲ τι καὶ
παράδοξον συμβαίνει γίνεσθαι περὶ τῶτο το
ὄρεος, κατὰ γὰρ τὴν τῷ Κυνὸς ἐπιβολῇ ἐπ'
ἀνρας

oriente Sole videri Ignes
primam dispersos, deinde
in unum quasi globum con-
venire, & Orbem Solis
conficere. Neque tamen
mirandum est, quòd hæc
Ignis Semina possunt tam
certo tempore convenire,
& Solis corpus reparare,
nam multa videmus quæ
in omnibus rebus fiunt
certo tempore, Arbuta
floreant certo tempore,
& certo tempore dimittunt
florem: Nec minus
certo tempore dentes
etate imperante decidunt,
impuber Puer pubescit, &
male illius molli lanugine
vestiuntur. Postremò,
Fulmina, Nix, Imbres,
Nubila, Venti, sunt in
partibus Anni non nimis
incertis (ferè certis.)
Nam Secundum leges in
prima rerum Origine con-
stitutæ jam ordine certo res omnes fiunt & sequuntur. Potest etiam fieri ut crescant Dies &
diminuantur Noctes,

Dispersos igneis orienti lumine cerni:
Inde coire globum quasi in unum, & conficere
orbem.

Nec tamen illud in his rebus mirabile debet 665
Esse, quòd hæc Ignis tam certo tempore possint
Semina confluere, & Solis reparare nitorem.
Multa videmus enim, certo quæ tempore fiunt
Omnibus in rebus, florescunt tempore certo
Arbuta, & certo dimittunt tempore florem. 670
Nec minus in certo dentibus cadere imperat ætas
Tempore, & impubem molli pubescere veste,
Et pariter mollem malis demittere barbam.
Fulmina postremò, Nix, Imbres, Nubila, Venti,
Non nimis incertis fiunt in partibus anni. 675
Namque ubi sic fuerunt causarum exordia prima,
Atque uti res mundi cecidere ab origine prima,
Consequa natura est jam rerum ex ordine certo.
Crescere itemque Dies licet, & tabescere
Noctes.

Et

N O T Æ.

ἀκρας τῆς κορυφῆς διὰ τὴν νημερίαν τῶ περιέ-
χοντι. Ἄερα ὑπερπετὴ γίνεσθαι τὴν ἀκραν
τῆς τῶν ἀνέμων πνοῆς ἐρᾶσθαι δὲ τὸν ἥλιον
ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἀνατέλλοντα τὰς ἀκτι-
νοὺς καὶ ἐν κυκλωθεῖ ὀμίχλῃ τετρακλιμένον,
ἀλλὰ τὴν φλόγα καὶ πᾶσας τὰς πύλας ἐχούσας
διεσπαρμένην, ὥστε δοκεῖν περὶ πλείω βυρ-
σάνην τῆς γῆς ὄρεσθαι. Μετ' ὀλίγον
δὲ συνάγειν αὐτὰ πρὸς ἓν μέγεθος, ἕως
ὅταν γένῃσι τριπλάσιον διάστημα, καὶ τότε τῆς
ἡμέρας ἐπιπλασθῆς, τὸ φαινόμενον τὸ ἥλιος
μέγεθος πληρωθῆν τὴν τῆς ἡμέρας διάθεσιν
καὶ ἰσοκρούσει.

670. Dimittunt florem.] V. 757.

Sol dimittit languidus Ignes.

672. Veste.] Virgilius, Æneid. 8.

Aurea Casuræ illis, atque aurea Vestis.

Hoc est, Barba, unde è contra Investes dici-
mus imberbes: Unde est,

Tunc mihi prima genas vestibat flore
juventas

Servius.

675. Non nimis incertis.] Faber, Non
minus hæc certis.

676. Namque ubi sic fuerunt.] Hunc ver-
sum delet Faber, & in sequenti legit, Nam-
que uti res Mundi, &c. retineri verò potest
iste versus, si legatur, Namque uti san-
xerunt. Sic lib. I. v. 581.

Et quid quæque ferant per fœdera Naturæ,

Quid porro nequeat, sancitum quandoqui-
dem extat.

Ita igitur conjicio legendum, nec pudet
conjecturæ.

678. Consequa natura est rerum.] E Ve-
tusto Cod. Gronovius,

Consequæ quoque rerum sunt ex ordine certo.

679. Crescere itemque dies, &c.] Dies
noctisque Anni decursu sic incrementum & de-
crescere, ut prolixitatis ac brevitatis utrius-
que vices exquisitè per Hyemem Æstatem-
que alternentur, Res mira semper visa est;
Id verò fit, quoniam circuitiones Solis su-
pra ac infra Terram nunc celerius, nunc
trahius fiunt, quatenus ipse locorum seu
viarum, quibus Sol incedit, longitudes
sunt alternæ, v. 16. In quibus describit
Poeta inæqualia Arcuum diurnorum noctur-
norumque segmenta in positu Sphæræ obli-
quo, Equatorem tamen ab hac lege excipit,
qui in quavis etiam obliquitate in duas
æquas partes ab Horizonte dividitur; ex
quo fit ut Sol bis in ipso intra Annum con-
stitutus duo ubivis gentium faciat Equi-
noctia: Hinc Signum illud in quo nodum
Equinoctialem esse dixit intelligendum du-
plex est, Aries, viz. & Libra, in cuius utrius-
que initio mutua fit Signiferi, Equatoris-
que intersectio. Deinde subiungit, v. 5.
Id fieri posse, quòd certa sunt per Ætherem
loca,

Et minui **Luces**, cum fumant **augmina** **Noctes**: 680
 Aut quia Sol idem sub terras, atque superne,
 Imparibus currens anfractibus ætheris oras
 Partit: Et in parteis non æquas dividit orbem:

Et quod ab alterutra detraxit parte, reponit
 Ejus in adversa tantò plus parte relatus, 685
 Donicum ad id signum cœli pervenit, ubi anni
 Nodus nocturnas exæquat lucibus umbras.

Nam medio cursu flatus Aquilonis, & Austri,
 Distinet æquato cœlum discrimine metas,
 Propter Signiferi posituram totius orbis; 690
 Annua Sol in quo contundit tempora serpens,
 Obliquo terras, & cœlum lumine lustrans:
 Ut ratio declarat Eorum, qui loca cœli
 Omnia dispositis signis ornata notârunt:

Aut quia crassior est certis in partibus **Aër**, 695
 Sub terris ideo tremulum jubar hæsitat ignis,
 Nec penetrare potest facîle atque emergere ad
 ortus.

Propterea noctes hiberno tempore longæ
 Cessant, dum veniat radiatum insigne diei:

Aut etiam, quia sic alternis partibus anni 700
 Tardiùs & citiùs consueverunt confluere ignes,
 Qui faciant Solem certa de furgere parte.

Luna potest Solis radiis percussa nitere,

tremulum jubar Ignis (Sol) hæret sub Terris, agrè enim penetrat Densum istum Aërem, & ad ortum emergit: Et hanc ob causam Noctes hiberno tempore tardæ manent, donec radiatum Insigne diei (Sol) veniat. Aut denique, quia partibus alternis Anni Ignis, qui faciunt Solem de certa parte Cæli oriri tardiùs & citiùs consueverunt convenire. Luna potest splendescere radiis Solis illustrata,

NOTÆ.

loca, quæ possint à Sole ob factam majorem minoremque resistantiam velociùs se-gnitiùsve percurrri. Demum, v. 3. quia alternis Anni partibus tardiùs aut citiùs conveniant isti Ignis qui faciunt, vel accendunt Solem.

680. *Cum fumant augmina.*] Lib. II.

Augmina sumunt, Augentur.

682. *Anfractibus.*] Viis sinuosis & flexuosis.

687. *Nodus Anni.*] Propter interfectionem Zodiaci & Æquatoris.

696. *Hæsitat.*] Tardiùs sese expedit, Faber.

703. *Luna potest Solis radiis, &c.*] Quod ad Lunam attinet, si Lucem à Sole accipiat, si globosæ sit figuræ, & sub Sole cur-

ut Dies etiam contractiores fiant cum Noctes extendantur, vel quoniam Sol idem sub Terras & supra Terras cursum suum peragens imparibus anfractibus Cæli orbem partitur, & dividit in partes inæquales, & quod ab alterutra parte Cæli detraxit cum defertur in adversam partem tantò plus illi addit, donec attingit Cæli illud Signum (Arietem vel Libram) ubi anni Nodus noctes diesque æquales facit: Nam Septentrionem & Meridiem versus Cælum metas (Solstitium & Brumam, seu circulum Cancrici & circulum Capricorni) æquali spatio distinet, propter posituram Zodiaci, in quo Sol annum suum cursum perficit, obliquis radiis Cælum & Terras lustrans, ut illi (Astronomice periti) docent qui omnes Cæli partes dispositis Signis ornatas descripserunt. Aut quia in certis partibus Aër crassior est, ideo

sum suum peragat, tum varium illius multiplicemque vultum rectè illi explicant, qui varia Solis illustratione prout ad Solem accedit, vel recedit à Sole, Phases Lunæ variari existimant, v. 11. Si verò Lucem aliunde non accipiat, tum concipi potest aliud corpus opacum quidem, & cassum omni lumine, quod una cum Luna fertur, & illius radios avertit, v. 5. Vel intelligere possumus Lunæ globum ex dimidia tantum parte lucidum, qui, si circa suum centrum volvatur, varias quas videmus phases exhibebit, v. 9. Quibus hæc omnia displicent, Isti habent Lunas quotidie nascentes & intereuntes: Id enim certo tempore fieri posse multa alia demonstrant. v. 20.

Et in dies majus lumen nostris oculis videndum obvertere prout à Sole recedit, donec Soli tandem opposita totum orbem exhibeat luce illustratum, atque oriens vidit illius occasum: Deinde paullatim debet lumen suum quasi retrò condere (avertere) prout ex alia parte per Signorum orbem ad Solem propius accedit: Hoc autem dicunt, qui opinantur Lunam esse Pilam similem. Et sub Sole Ferris, Et profectò rem ipsam attingere, Et verum dicere videntur. Potest etiam fieri ut proprio lumine splendet, Et tamen varias (Phases exhibeat) splendoris formas reddat: nam potest fieri ut aliud Corpus unà cum Luna volvetur, omni modo illi occurrens, ejusque lucem impediens, Et avertens, quod tamen Corpus cerni non potest, quia opacum est, Et nullo lumine donatur. Potest etiam Globus ipsius Lunæ circa suum centrum volvi, ut si fortè Pila ex dimidia parte lumine candenti tinctâ circa suum centrum versetur, Et dum volvetur varias splendoris formas redderet: coniectotam istam partem que ignita est nostris oculis obvertit, deinde paullatim retrò contorquet, Et avertit lucidam globi partem: Ut Babylonii qui contra Græcos Astrologos disputant contendunt; Quasi utriusque artis sententia non possit esse vera, aut aliqua suaderet ratio cur altera sententia alteri praeferatur: Denique cur non potest nova Luna semper creari certo formarum ordine, Et certis figuris donata, cur unaqueque Luna ita quotidie creata, quotidie etiam non pereat,

Inque dies majus lumen convertere nobis Ad speciem, quantum Solis secedit ab orbe, 705
 Donicum eum contra pleno benè lumine fulsit,
 Atque oriens obitus ejus super edita vidit:
 Inde minutatim retrò quasi condere lumen
 Debet item, quantò propius jam Solis ad ignem
 Labitur ex alia Signorum parte per orbem: 710
 Ut faciunt, Lunam qui fingunt esse pilai
 Consimilem, cursusque viam sub Sole tenere:
 Propterea fit uti videantur dicere verum.

Est etiam quoque uti proprio cum lumine possit
 Volvier, & varias splendoris reddere formas. 715
 Corpus enim licet esse aliud, quod fertur, & unà
 Labitur omnimodis occurans officiensque,
 Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur.
 Versarique potest, globus ut, si fortè, pilai
 Dimidia ex parti candenti lumine tinctus: 720
 Versandoque globum varianteis edere formas,
 Donicum eam partem, quæcunq; est ignibus aucta,
 Ad speciem vertit nobis, oculosque patenteis:
 Inde minutatim retrò contorquet, & aufert
 Luciferam partem glomeraminis, atque pilai: 725
 Ut Babylonica Chaldæum doctrina refutans
 Astrologorum artem contra convincere tendit:
 Proinde quasi fieri nequeat quod pugnat uterque,
 Aut minùs hoc illo sit cur amplectier ausis.

Denique, cur nequeat semper nova Luna
 creari 730
 Ordine formarum certo, certisque figuris:
 Inque dies privos abolescere quæque creata,

N O T Æ.

714. Est etiam quoque uti.] Hæc dicitur Anaximandri opinio, quæ tamen ab illius sententia maxime distat; nam si forsitan Lunam dixerit ἴδιον ἔχειν φῶς Plut. de Placit. Phil. lib. II. cap. 26, & 28. (ἴδιον ἔχειν τε σελήνην ψευδοειδῆ, καὶ ἀπὸ ἡλίου φωτίζεται: Laertius) aliud tamen Corpus quod unà feratur, quod omnibus modis occurrat & officiat, nè quidem in somnis vidit. Plutar. de Pl. Phil. lib. II. cap. 26.

719. Versarique potest.] Ita docuit Berosus sub Antiocho Sotere Astronomia clarus.

726. Ut Babylonica.] Per Babyloniam Chaldæum doctrinam intelligit Chaldaeos, qui Berosi Hypothesin contra vulgarem Astrologiam tuebantur. Chaldæi enim hoc loco Sectæ nomen est, non Gentis: παρὰ δὲ Βαβυλωνίους, ἢ Ασσυρίους Χαλδαῖοι, Γυμνοσοφισταὶ παρὰ Ἰουδαίους: Laertius: Idem Cicero, in II. de Divinat.

732. Abolescere.] Aborisci, Gifanius, Qui tamen factur se vocem istam nunquam legisse. Gassendus, Aborivi.

Atque

Atque alia illius reparari in parte, locoque,
Difficile est ratione docere, & vincere verbis:
Ordine cum videas tam certo multa creari. 735

It Ver, & Venus, & Veneris prænuntius ante
Pinnatus graditur Zephyrus vestigia propter:
Flora quibus mater præspersgens ante viam
Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.

Inde loci sequitur Calor aridus, & comes una, 740
Pulverulenta Ceres, & Etesia stabra Aquilonum.

Inde Autumnus adit: Graditur simul Euius Euan:
Inde aliæ tempestates, ventique sequuntur,

Altitonans Vulturinus, & Auster fulmine pollens:
Tandem Bruma niveis adfert, pigrumque ri-

gorem 745

Reddit, Hyems sequitur, crepitans ac dentibus
Algus.

Quò minus est mirum, si certo tempore Luna
Gignitur, & certo deletur tempore rursus:

Cum fieri possint tam certo tempore multa.

Solis item quoque defectus, Lunæque latebras, 750

Pluribus è causis fieri tibi posse putandum est.

Nam cur Luna queat Terram secludere Solis
Lumine, & à terris altum caput obsruere eij,

Objiciens cæcum radiis ardentibus orbem:

Tempore eodem aliud facere id non posse pute-

tur 755

Corpus, quod cassum labatur lumine semper?

Solque suos etiam dimittere languidus igneis

Tempore cur certo nequeat, recreareque lumen,

Cum loca præterit flammis infesta per auras:

Terram luce Solis privare, & Soli objicere Corpus suum supra Terras elatum opponens radiis illius splendentibus opacum globum, eodem autem tempore aliud Corpus, quod nullo unquam lumine illustratum voluitur, putetur facere id non posse; Cur etiam non potest Sol languidus suos Ignes certo tempore dimittere, lucemque reproducere, cum præterit regiones quasdam Aëris flammis inimicas,

NOTÆ.

734. *Difficile est.*] Faber, *Id facile:* quem sequatur ille qui conjecturam certitudini præfert.

746. *Crepitans ac dentibus Algus.*] Vulgatæ lectionis, *Accentibus Algi*, non meminisse, nisi eam *Fayus*, acutus & bellus Homo, huic, qua nulla est verior aut venustior, prætulisset.

750. *Solis item quoque, &c.*] Demum fit Solis defectus, cum Luna aut aliud opacum corpus subjectum Soli radios illius excipit, & ab ulteriori ad Terram progressu

prohibet. Luna item deficit, cum incidit in umbram Terræ, aut alterius alicujus opaci corporis, quod è regione Solis interpositum interjectumque sit: Aut denique Sol & Luna, cum loca quædam Cæli suis ignibus infesta & inimica percurrant, languent; & quasi Deliquium patiuntur, v. 20.

759. *Flammis infesta.*] V. 769.

Luminibus propriis inimica.

Lambinus autem, Flammis immoderatis opacata vel occupata, & quodammodo infestata & vexata. Huic verò Interpreti ne credas.

Quæ

que labefactant Ignes & extinguunt? Et cur vicissim possit Terra Lunam lumine privare, & ipsa inter Solem Lunamque (supra verò Solem) interjecta Solis radios intercludere, dum Luna menstruum suum cursum peragens rigidam Terræ umbram quæ est conicæ figuræ perlabitur, tempore autem eodem non possit aliud Corpus supra Solis globum volvi, & Lunæ supponi quod effusus Solis radios intercipiat? Et tamen si Luna propria luce splendeat, cur non possit certa Mundi parte deficere, dum pertransit loca propria suæ luci infesta? Quod superest, quoniam docui qua ratione quidque per immensum cœruleum Cælum fieri possit, ita ut scire possimus quæ vis & causa varius Solis Lunæque cursus cieret & dirigeret, quo etiam modo Eclipsim pati solent, & improvise Terræ tenebris obducere, cum quasi connivent, quo denique modo rursus aperto lumine omnia loca clara luce splendentia illustrant: Nunc redeo ad Mundi novitatem, & mollia Terræ Arva, explicaturus quid primùm produxit, & incertis ventis committere audebat. Primò, virides herbæ circum colles produxit Tellus, & per omnes campos florida prata viridanti colore fulserunt: Deinde varia arbores surgebant, & illis in altum

Quæ faciunt igneis interstingui atque perire? 760

Et cur Terra queat Lunam spoliare vicissim Lumine, & oppressum Solem super ipsa tenere, Menstrua dum rigidas Coni perlabitur umbras: Tempore eodem aliud nequeat succurrere Lunæ Corpus, vel supera Solis perlabier orbem, 765 Quod radios interrumpat, lumenque profusum? Et tamen ipsa suo si fulgit Luna nitore, Cur nequeat certa mundi languescere parte, Dum loca luminibus propriis inimica pererrat?

Quod superest, quoniam magni per cœrula Mundi 770

Qua fieri quicquid posset ratione, resolvi: Solis uti varios cursus, Lunæque meatus Noscere possemus, quæ vis, & causa cieret: Quo ve modo soleant offecto lumine obire, Et nec opinanteis tenebris obducere terras: 775 Cùm quasi connivent, & aperto lumine rursus Omnia convifunt clara loca candida luce.

Nunc redeo ad Mundi novitatem, & mollia terræ

Arva, novo fœtu quid primùm in luminis oras Tollere, & incertis tentârî credere ventis. 780 Principiò, genus Herbarum, viridemque nitorem Terra dedit circum colleis; camposque per omnes Florida fulserunt viridanti prata colore: Arboribusque datum est variis exinde per auras

N O T Æ.

762. *Oppressum Solem Super ipsa tenere.*] Lambinus. *Oppressum sub Solem ipsa, &c.* Sed ridiculè facit, qui istud *Super de Luna* intelligit, imò ad *Terram* referri debet, quod Ratio, & versus sequentes probant. Ita rectè Faber: *Fayus* autem, *Retinere Solem absconditum supra seipsam*: *Oedipum* quæras, *Ego Davus* sum.

764. *Succurrere.*] Succedere in locum Lunæ: *Fayus*: *Digna Fayo* sententia. *Succurrere* autem, *Subter* ire.

770. *Quod superest, quoniam, &c.*] Explicatis suo more Solis, Lunæ, & Astorum motibus, à Cœlis ad Terras, v. 11. descendit, Rerum ortum & originem è Tellure rerum omnium parente enarraturus.

774. *Offectio.*] *Obducto* & *obstructo*, & per alicujus Corporis interpositionem ad tempus excluso. *Lambinus.*

776. *Cum quasi connivent.*] Solem & Lunam tanquam duos hujus Mundi oculos concipe.

781. *Principiò, genus herbarum, &c.*] Ita, v. 18. ortum Rerum è recenti Tellure enarrat Lucretius, ut ipsam originem spectasse videatur: Nam primùm Herbæ, deinde Arborea, postea Animalia minùs perfecta, & demum perfectiora. Quippe cùm Mures, Ranas, & ejusmodi Animalia sponte nasci hodiè, cùm totus Mundus confenuit, videamus, quid à recenti Tellure, & adulto Æthere sperare non licet?

Crescendi

Crescendi magnum immissis certamen habenis. 785
 Ut Pluma atque Pili primùm Setæque creantur
 Quadrupedum in membris, & corpore pennipo-
 tentum :

Sic nova tum Tellus herbas virgultaque primùm
 Sustulit : inde loci Mortalia sæcla creavit
 Multa modis multis varia ratione coorta. 790

Nam neque de Cælo cecidisse Animalia possunt,
 Nec terrestria de fællis exisse lacunis.

Linguitur ut meritò maternum nomen adepta
 Terra sit, è terra quoniam sunt cuncta creata.
 Multaque nunc etiam existunt animalia Terris, 795
 Imbribus, & calido Solis concreta vapore.

Quò minus est mirum, si tum sunt plura coorta,
 Et majora nova Tellure, atque Æthere adulto.

Principiò, genus Alituum, variæque Volucres
 Ova relinquebant exclusæ tempore verno : 800
 Folliculos ut nunc teretes ætate Cicadæ
 Linqunt, sponte sua victum, vitamque petentes.
 Tum tibi Terra dedit primùm Mortalia sæcla :
 Multus enim Calor, atque Humor superabat in
 arvis.

Hinc ubi quæque loci regio opportuna dabatur, 805
 Crescebant Uteri terræ radicibus apti ;
 Quos ubi tempore maturo patefecerat ætas
 Infantum fugiens humorem, auræque petifens,
 Convertēbat ibi Natura foramina terræ,

Tunc primùm Terra produxit Animalia, plurimus enim calor, & plurimus humor in arvis abundabat. Hinc ubicunque idoneus erat locus, Uteri crescebant filamentis quibusdam Terræ adnexi, quos Uteros cum Infantes jam maturi perruperant, humorem in istis uteris contentum fugientes, & Auræ petentes, Natura meatus quosdam Terræ opportunè in istis locis patefecit,

NOTÆ.

785. *Magnum immisis certamen habenis.*] Arboribus datum, à Natura, viz. ut certatim sine ulla mora, ullove impedimento crescerent ; Allegoria est ducta ab Equis quibus Habentæ ab Aurigis inter currendum laxantur. *Lambinus.*

799. *Principiò, genus Alituum, &c.*] Primùm Volucres Ovis excluduntur, verno quidem tempore, id enim tempus maximè opportunum, fed Plumis, Pennis, iis denique viribus instructæ, ut sponte sua victum quærirarent. Deinde è quibusdam Folliculis, quos Uteros appellemus, Terræ adhærentibus Alia Animalia, atque ipsi Homines eruperunt, quibus alendis idoneus Liquor lacti simillimus è matris Terræ venis commodè in ora singulorum fluxit,

crescere, & ramos per auras longè latèque extendere indulfit Natura; Ut in membris quadrupedum pili & setæ, & in corporibus Avium plumæ primùm nascantur : Sic tum nova Tellus herbas arboresque primùm produxit, deinde Animalium multa genera diversa ratione, diversisque modis exorta : neque enim quis putet Animalia è Cælo cecidisse, aut Terrestria in Mari produci : Restat igitur ut Terra jure meritoque dicatur Animalium Mater, quoniam ex illa cuncta sunt creata : Imò hodie no die multa Animalia è Terra nascuntur imbribus Solisque calore animata & perfecta : Minus ideo mirandum est si tum temporis plura coorta fuerint, & majora, cum nova fuit Tellus, & magis vigeat Æther. Primò, Aves Vere exclusæ Ova sua relinquebant, ut nunc Cicadæ rotundas gracilesque tunicas æstate relinquunt, alimentum quo Vita sustentetur ipse per cæpos questuræ.

nam parienti Telluri non minùs quàm Fœminis Lac rectè attribui videatur : Ita Tellus Alimentum dedit, Temperies Aëris fecit ut vestimentis non esset opus, & molle Cubile præbebat Terra multo gramine abundans, v. 17.

806. *Uteri Terræ radicibus apti.*] *Sovox Obvys.* Olim *Censorinus*, Cap. 2. ut Hodie, *Fayus*, vocem *Radicibus* voci *Terræ* adjunxit : sed fallitur. Vide omnino *Diodorum Siculum*, lib. I. magnam enim operæ pretium fuerit : *Faber.*

808. *Fugiens Humorem.*] In quo, viz. Infantes in istis uteris inclusi natabant.

809. *Ibi.*] *Ibus pro iis*, *Lambinus.* *Ibi Faber : Tum mihi videtur respicere vocem Ubi*, v. 805.

Et coëgit Terram patulis
suis venis effundere liquo-
rem lactis similem, ut
nunc unaquæque Fœmina
cum peperit dulci lacte re-
pletur, quoniam omnis li-
quor lacteus per totum
corpus diffusus tum tem-
poris in mammæ deriva-
tur. Terra præbebat ci-
bium Infantibus, Calor
Vestem & molle gramen
idoneum cubile: In novo
autem Mundo, nec æstus
nimii, nec venti vehemen-
tes, aut procellæ; Cuncta
enim paulatim crescunt,
& vires sumunt: Jure
igitur meritoque Terra
mater Animalium dicitur,
quoniam ipsa edidit huma-
num genus, omnia etiam
Animalia, quæ per Ma-
gnos montes sæviunt, di-
versa genera Avium, quæ
per Aëra vagantur. Sed
quia debet habere aliquem
pariendi finem, cessavit
tandem longa ætate steri-
lis, namque ætas mutat
naturam totius Mundi,
non eadem semper manet
rerum conditio, nulla res
manet sui similis, mutantur
omnia, Natura com-
mutat cuncta, & cogit
vertere; Namque aliud
putrescit, & senio con-
fectum languet, viget interim aliud, & ætate floret; Similiter ætas mutat Naturam totius
Mundi, nunc aliud, & deinde aliud est Terræ status, ita ut jam nequeat facere quod olim potuit,
jam etiam producat, quod olim non produxit. Tum etiam Terra conata est producere multa

Et succum venis cogebat fundere apertis 810
Consimilem Lactis: sicut nunc Fœmina quæque
Cum peperit, dulci repletur Lacte, quod omnis
Impetus in mammæ convertitur ille alimenti.

Terra cibum Pueris, vestem Vapor, Herba cubile
Præbebat multa & molli lanugine abundans. 815

At novitas Mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æstus, nec magnis viribus auras.

Omnia enim pariter crescunt, & robora sumunt.
Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta

Terra tenet meritò, quoniam genus ipsa crea-
vit 820

Humanum, atque Animal prope certo tempore
fudit

Omne, quod in magnis bacchatur montibus passim,
Aërialque simul Volucris variantibus formis.

Sed quia finem aliquam pariendi debet habere,
Destitit, ut Mulier spatio defessa vetusto, 825

Mutat enim mundi naturam totius ætas,
Ex alioque aliis status excipere omnia debet,

Nec manet ulla sui similis res: omnia migrant,
Omnia commutat Natura, & vertere cogit.

Namque aliud putrescit, & ævo debile languet: 830
Porro aliud concrefcit, & è contentibus exit.

Sic igitur Mundi naturam totius ætas
Mutat, & ex alio Terram status excipit alter,

Quod potuit, nequeat: possit, quod non tulit antè.
Multaque tum Tellus etiam portenta creare 835
Conata est,

N O T Æ.

813. *Impetus Alimenti.*] Nil melius poterat, sentiri potest, non explicari.

816. *At Novitas Mundi, &c.*] Quomodo autem Vin frigidis aut calidis ferre, aut vivere potuerunt, aut omnino nasci, cum Sol exureret, Frigus afringeret? Quia in Principio Mundi non erat Hyems & Æstas, sed perpetua Temperies, & Ver æquabile, v. 3. Ab omni igitur retrò ætate Tellus Mater jure dicta est, cum Volucres, Feras, ipsum denique Hominem produxit.

818. *Omnia enim pariter, &c.*] Ita quoque Æstas & Hyems, ista enim hujus versus sententia.

824. *Sed quia finem aliquam, &c.*] Cur verò nihil horum fieri etiamnum videmus?

Quoniam, v. 11. Temporis conditio mutatur, Terra desit parere: Et quid mirum si Mundus jam Senex modò calore, modò frigore nimio, & aliis longæ ætatis incommodis vexatus, sterilis tandem fiat & effectus?

835. *Multaque tum Tellus, &c.*] Quoniam fortuitò nata erant Animalia, putandum est in principio Mundi alia quædam innumerabilia Animalia miranda speciei & magnitudine fuisse nata, sed ea permanere non potuisse, quòd imperfecta erant, & quòd illa sumendi cibi facultas, aut coeundi, generandique ratio defecit, v. 20. Nam quæcumque videmus Animalium genera, aut suis virtutibus aut Hominum cura conser-
vantur;

Conata'ft, mira facie, membrisque coorta;
(Androgynum inter utrum, nec utrumque
& utrinque remotum)

Orba pedum partim, manu viduata viciffim,
Multa sine ore etiam, sine vultu cæca reperta,
Vinctaque membrorum per totum cõrpus
adhæfu: 840

Nec facere ut possent quicquam; nec cedere
quoquam,
Nec vitare malum, nec fumere quod foret usus.
Cætera de genere hoc monstra, ac portenta creabat:
Nequicquam: quoniam Natura absterruit auctum:
Nec potuere cupitum ætatis tangere florem, 845
Nec reperire cibum, nec jungi per Veneris res.

Multa videmus enim rebus concurrere debere,
Ut propagando possint producere sæcla.
Pabula primùm ut sint, genitalia deinde per artus
Semina quæ possint membris manare remissis: 850
Fœminaque ut maribus conjungi possit, habendum
Mutua queis necitant inter se gaudia, utrifque.

Multaque tum interiisse Animantum sæcla
necesse'ft.

Nec potuisse propagando procudere prolem.
Nam quæcunque vides vefci vitalibus auris, 855
Aut Dolus, aut Virtus, aut denique Mobilitas est
Ex ineunte ævo genus id tutata reservans.
Multaque sunt, nobis ex Utilitate sua quæ
Commendata manent tutelæ tradita nostræ,
Principiò, genus acre Leonum, sævaque sæcla 860
Tutata'ft Virtus, Vulpeis Dolus, & Fuga Cervos.

Monstra, mira facie miriſque membris nata, (Androgynum, qui est inter utrumque ſexum, nec tamen uterque eſt, & ab utroque alienus.) Partim ſine pedibus, partim ſine manibus, ſine ore multa, multa etiam cæca & ſine oculis reperta, alia denique ita agglutinatis & ſibi invicem adhaerentibus membris, ut nihil potuiſſent facere, in nullum locum progredi, non malum aut pericula vitare, neque fumere quod ſibi foret utile ad vitam. Alia ejuſmodi monſtra & portenta Terra produxit fruſtra, Natura enim non paſſa eſt illa creſcere & nutriri, adoleſcere non potuerunt, neque optatum ætatis florem aſſequi, nec cibum invenire, nec procreandi cauſa conjungi: Nam videmus multa requiri, multa etiam debere concurrere, ut Animalia genus ſuum propagarent; Primum requiritur ut ſint pabula idonea, deinde ut ſint meatus vaſaque per quæ genitalia Semina à membris deſtuentia ferantur: & ut Fœmina Mari conjungi poſſit, debet uterque iis membris inſtructus eſſe quæ mutue

voluptati infervant. Neceſſe eſt igitur tum temporis multa Animalium genera interiſſe, nec propagando prolem producere potuiſſe. Nam quæcunque hodie videntur genera Animalium, aut Dolus, aut Virtus, aut denique mobilitas, (pedum pernitas) ab ipſa Mundi origine ſervavit & defendit: Multaque ſunt quæ, quia nobis commoda & utilia, nos tutamur & fovemus: Primò, Virtus tutata eſt Leones, & alia ferarum genera, Dolus Vulpes, Fuga Cervos,

NOTÆ.

vantur; Leones defendunt Vires, Dolus Vulpes, Cervos Fuga, &c. Quæ noſtris commodis inferviunt, Canes, Boves, Equos, &c. Nos ipſi defendimus & tuemur: Sed quid imperfecta, & quæ nulli uſui forent aleremus?

837. *Androgynum, &c.*] Quid de varia Spiritus verſus lectione inquiramus, cum totus deleri debeat? Meneo tamen Heinfium ad Claudiani Phœnicem legere,

Androgynem inter neutra, atque ab utroque remotum.

Quicumque hunc verſum inferuit, Andro-

gynon Platonis (in Sympoſio) videtur reſpexiſſe.

839. *Multa ſine ore.*] Alii, *Muta*: & venuſtiùs.

844. *Abſterrui.*] Nonius, in voce *Deſuevi*. *Parafitos amovi, Leonem edibus abſterrui.*

850. *Quæ.*] Alii, *Quæ*. Et verſu ſequenti,

_____habere
Mutua queis necitant inter ſe gaudia uterque.

856. *Mobilitas.*] V. 861. *Fuga*: & quæſeras Barthii *Nobilitas*?

at Vigiles Hominique fidi Canes, Omne denique jumentum, Oves lanigerae, & cornuti Boves carae Hominum, o Memmi, committuntur, & ab illis foventur. Nam cupidè feras fugerunt, pacemque & larga pabula sine suo labore parta affectabant: Eaque pabulo Nos Homines donamus quia nobis præstant commoda. At quæ Animalia ita formavit Natura, ut sponte sua non possent vivere, neque nobis essent aliquo modo commoda & utilia, quare nos aleremus aut genus eorum conservaremus? Scilicet istiusmodi Animalia, cum duro & iniquo fato nata se tueri non potuerunt, ab alijs rapiabantur, donec totum tandem eorum genus perit. Sed neque Centauri unquam extiterunt, nec unquam potest esse Animal compositum è corporibus diversi generis, & duabus naturis, que sibi invicem non conveniant, id autem verum esse licet minùs diligenter inspicias, hinc potes colligere: Principio, Equus tribus circiter exactis annis fortis

At levissima Canum fido cum pectore corda,
Et genus omne, quod est Veterino semine partum,
Lanigeræque simul pecudes, & Bucera sæcla,
Omnia sunt Hominum tutelæ tradita, Memmi.

Nam cupidè fugere Feras, pacemque secutæ
Sunt, & larga suo sine pabula parta labore:
Quæ damus Utilitatis eorum præmia causa.
At, queis nil horum tribuit Natura, nec ipsa
Sponte sua possent ut vivere, nec dare nobis
Utilitatem aliquam, quare pateremur eorum
Præsidio nostro pasci genus, esseque tutum?
Scilicet hæc alijs prædæ, lucroque jacebant
Indupedita suis fatalibus omnia vinculis,
Donicum ad interitum genus id natura redegit.

Sed neque Centauri fuerunt, neque tempore
in ullo

Esse queat duplici natura, & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta potestas,
Hinc illinc par vis ut non sic esse potis sit.
Id licet hinc quamvis hebeti cognoscere corde.

Principio, circum tribus actis impiger annis

N O T Æ.

863. Veterino semine partum.] Veterina Animalia dicuntur omnia quæ Vehere quid possint.

871. Quare.] Propter quam rem, seu propter quam utilitatem, nam Quare hic non interrogat, sed enuntiando referendi vim habet. Lambinus, cui nimium ne credas.

876. Sed neque Centauri, &c.] At Natura rudis licet & imperita, non ea protulit Animalia, de quibus Poetæ tam splendide mentiuntur. Thessalia nullos unquam vidit Centauros, neque enim Equus & Homo conjungi possunt, cum non eadem ætate, eodem alimento, neque iisdem moribus uterentur, v. 14. Idem de Scyllis, & ejusmodi monstris dicendum, v. 9. Qui autem Chimæram extitisse credidit, non confideravit Leonis, æquè ac cujuslibet Animalis viscera torrerit Igne & consumi posse, v. 7. Qui denique mira & monstrosa istiusmodi Animalia è recenti Terra produci posse statuat, credat insuper aurea, lacteæque flumina, & reliqua otiosorum Poetarum commenta, v. 19. Perpendat tamen multa Her-

barum & Arborum semina hodiè (ut olim omnium Animalium Primordia) in Terra confneri; At nunquam nascuntur complexæ Arboreæ, neque Herbæ Herbis conjunguntur, v. 9.

879. Hinc illinc par vis, &c.] Turnebus, nec incommode: Alii aliter: Fuber autem spretis aliorum conjecturis, hæc habet, Lege,

Hinc illinc par vis ut partibus esse potis sit. Sensu tam necessario, ut aliter scribere potuisse Lucretium nemo suspicari possit: Rem tribus verbis exponam, Nullum Animal ita ex duplici & diversa natura constare potest (e. g. Equi & Hominis) ut hinc & illinc (à natura Hominis & Equi) par vis esse partibus possit, id est, duæ illæ partes componentes nunquam parem vim habent, cum Species Animantium aliæ aliis citius crescant, citius minuantur: Quæ ea ipsa est ratio quam affert Lucretius in illis versibus, qui hunc sequuntur. Denique nescio quis legit:

Hinc pars ut non sit, pars illinc esse potis sit.

Floret

Floret Equus, Puer haudquaquam: quin sæpe
etiam num

Ubera mammarum in fomis lactantia quærit.
Post ubi Equum validæ vires ætate senecta,
Membraque deficiunt fugienti languida vita: 885
Tum demum Pueris ævo florente juvenas
Occipit, & molli vestit lanugine malas:
Ne forte ex Homine, & Veterino femine equorum
Confieri credas Centauros posse, nec esse:
Aut rapidis canibus succinctas feminarinis 890
Corporibus Scyllas, & cætera de genere horum,
Inter fe quorum discordia membra videmus:
Quæ neque florescunt pariter, neq; robora sumunt
Corporibus, neque projiciunt ætate senecta:
Nec simili Venere ardescunt, nec moribus
unis 895

Conveniunt, nec sunt eadem jucunda per artus.
Quippe videre licet pinguescere sæpe Cicuta
Barbigeras pecudes, Homini quæst acre Venenû.
Flamma quidem verò cum corpora fulva leonum
Tam solet torrere, atque urere, quam genus
omne 900

Visceris, in terris quodcunque & sanguinis extet:
Qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una
Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra
Ore foras acrem efflaret de corpore flammam?

Quare etiam Tellure nova, Cœloq; recenti 905
Talia qui fingit potuisse animalia gigni,
Nixus in hoc uno novitatis nomine inani;
Multa licet simili ratione effutiat ore:
Aurea tum dicat per terras Flumina volgò

bementem flammam suo ore emitteret? Quapropter qui fingit talia Animalia gigni potuisse cum jam Tellus nova erat, & recens Cælum, uno hoc vano argumento ductus, quia tum Mundus novus erat & recens, multa alia absurda pariter effingat, dicat Aurea flumina per Terras tum passim fluxisse,

N O T E.

883. *Ubera lactantia.*] *Vossius* ad *Catullum*, p. 234. *Lactantia*, quia *Pueros* lactos reddunt; Sic *lib. II.*

— *Lactantia loca Aquarum.*

891. *Scyllas.*] *Dux* enim fuerunt, hæc *Nisi*, illa *Glauci*: *Faber*: *Ideo & Semimariniis Canibus succincta*. *Nisi Scylla*. At *Ovidius*, *Metam. lib. VIII. v. 148.*

— *At aura cadentem*

Sustinuisse levem, ne tangeret a quora, visa est;

Pluma fuit: plumis in Arem mutata vocatur

Ciris; & à *tonso* est hoc nomen adeptæ capillo.

Pro rapidis canibus, leg. rabidis canibus.

892. *Discordia.*] *Legi* potest *Disfortia*. Sic *Ovidius*, *lib. VIII. v. 133. de Minotauro,*

Disfortemque utero fietum tulit. —

Et in prima Epistola Sabini,

Nec in uno Corpore diffors

Partbenope. —

899. *Flamma quidem verò.*] *Alii, Ignea flamma quidem.*

& maturus viget, non ita Puer, imò ista plerumque ætate mammas matris lactantes in Somnis querit. Deinde cum valide vires senio confectæ Equum destituunt, membraque languescunt fugiente vita; tum, juventas ævo florente occipit Pueris, eorumque genas vestit molli lanugine. Ne igitur unquam credas Centauros componi posse ex Homine & Equo, aut Scyllas unquam extitisse rapacibus Canibus semimarinis corporibus succinctas, aut alia ejusmodi monstra quorum membra videmus inter se discordia, quæ neque simul adolefcunt, neq; simul senio debilitantur, neq; simili Venere ardent, nec eosdem mores, nec eodem alimento nutriuntur, quippe sæpe videmus capras pinguescere cicuta, quæ est venenum Homini maxime noxium. Cum autem Flamma solet torrere & urere fulva corpora Leonum, non minus quam quolibet Viscus cujuslibet aliud Animalis: quomodo fieri potuit ut una Chimæra à triplici corpore composita, nempe cujus prima pars sit Leo, postrema Draco, media verò Capra, ve-

Et arbores gemmis florere solitas, aut Homines tantos Et tam robustos fuisse natos ut pedes trans Maria alta potuissent ponere, Et manibus totum circa se movere Cælum, Nam licet eo tempore quo primùm Tellus produxit Animalia, in Terra erant multa rerum multarum semina, inde tamen concludere non debemus produci potuisse pecudes inter se mixtas, aut Animalia è diversis corporibus composita: Quoniam Illa, quorum magnus numerus è terra nunc oritur, Herba, viz. Fruges atque Arborea, viz. Fruges atque Arborea, nunquam commiscuntur, atque inter se composita producuntur: Sic res quaque suo more crescit, omnesque res certo Naturæ sedere servant discrimina: Illud autem genus Humanum multò erat durius, ut par erat, utpote à dura tellure productum, è majoribus Et magis solidis ossibus intus fundatum, Et magis validis nervis Membra illius erant connexa, Et quod neque frigore nec calore nec alimenti novitate, nec ullo corporis languore facile officeretur: Longævum insuper erat, multosque per annos tanquam fera, nullis artibus instructi Homines vagabantur. Nondum erat robustus Arator, nec quisquam erat qui agros coleret, Et ferro domaret arva: nemo qui virgulta tenera plantare, putresque ramos ab altis arboribus sulce amputare noverit. Quod Sol Et Imbres dabant, Et quod sponte sua Tellus edidit, illo vivebant contenti. Plerumque inter quercus glandiferas curabant corpora, (se se glandibus alebant)

912. *Pedum nisus ponere.*] Alii, *Pandere.*
923. *Et Genus Humanum, &c.*] *Humanum* è Terra natorum Vitam, Habitum, Ingenium, Mores fuisse describit, & primò quidem, v. 20. docet primos Homines validiori, quàm nunc, constituisse corpore, ob innatam duritiem, quam è dura Terra geniti contraxerant, inde minùs obnoxii morbis erant, & longævi. Nemo autem Agros coluit: Sed Glandibus, Pomis Sylvestribus, & aliis ejusmodi fructibus placabant famem: Ad sedandam sitim fluvii fontesque suo murmure vocabant. v. 8. Nulla illis

Fluxisse, & Gemmis florere Arbusta fuësse: 910
Aut Hominem tanto membrorum esse impetentum,

Trans maria alta pedum nisus ut ponere posset;
Et manibus totum circum se vertere cælum.
Nam quòd multa fuere in terris semina rerum,
Tempore quo primùm Tellus Animalia fudit: 915
Nil tamen est signi, mistas potuisse creari
Inter se pecudes, compactaq; membra animantù:
Propterea quia quæ de terris nunc quoq; abundant
Herbarum genera, ac Fruges, Arbustaque læta,
Non tamen inter se possint complexa creari. 920
Res sic quæque suo ritu procedit: & omnes
Fœdere naturæ certo discrimina fervant.

Et genus humanum multò fuit illud in arvis
Durius, ut decuit, Tellus quod dura creasset:
Et majoribus & solidis magis ossibus intus 925
Fundatum, & validis aptum per viscera nervis;
Nec facile ex æstu, nec frigore quod caperetur:
Nec novitate cibi nec labi corporis ulla.
Multaque per cælum Solis volventia lustra
Volvigavo vitam tractabant more ferarum. 930
Nec robustus erat curvi Moderator aratri
Quisquam, nec scibat ferro molirier arva;
Nec nova defodere in terram virgulta, nec altis
Arboribus veteres decidere falcibu' ramos.
Quod Sol, atque Imbres dederant, quod Terra
crearat 935
Sponte sua, satis id placabat pectora donum;
Glandiferas inter curabant corpora quercus

NOTÆ.

vestimenta, nullæ domus, Procellarum, Frigorisque vim defendebant Sylve, Frutices, & Antra, v. 5. Nullæ Leges: nullum commune Bonum: vivebant rapto, & promiscua Venere (nam vi. blanditiis, aut pretio. Glandibus, viz. Pyris, Pomisve Mares sibi Fœminas conciliant) utebantur. v. 8.

928. *Labi.*] *Labe*: Sic *Parti*, *Tabi*, *Igni*, &c.

930. *Tractabant.*] Alii, *Tolerabant.*

932. *Molirier.*] Aliis non displicet, *Molirier.*

Plerumque,

Plerumque, & quæ nunc hiberno tempore cernis
Arbuta Pœniceo fieri matura colore,
Plurima tum Tellus etiam majora ferebat: 940
Multaque præterea novitas tum florida mundi
Pabula dia tulit, miseris mortalibus ampla.

At sedare sitim Fluvii Fontesque vocabant:
Ut nunc montibus è magnis decursus aquai
Claricitat latè sitientia sæcla Ferarum. 945
Denique noctivagi silvestria templa tenebant
Nympharum, quibus exibat humore fluenta
Lubrica, proluvie larga lavere humida faxa,
Humida faxa super viridi stillantia musco:
Et partim plano scatere atq; erumpere campo. 950
Necdum res Igni scibant tractare, nec uti
Pellibus, & Spoliis corpus vestire ferarum:
Sed Nemora, atque cavos Monteis, Sylvasque
colebant,

Et frutices inter condebant squalida membra,
Verbera ventorum vitare imbreisque coacti. 955
Nec commune bonum poterant spectare, nec ullis
Moribus inter se scibant, nec legibus uti.
Quod cuique obtulerat prædæ fortuna, ferebat,
Sponte sua sibi quisque valere & vivere doctus.
Et Venus in sylvis jungebat corpora amantum. 960
Conciliabat enim vel mutua quamque cupido,
Vel violenta Viri vis, atque impensa libido:
Vel pretium, Glandes, atq; Arbuta, vel Pira lecta.

Et manuum mira freti virtute, pedumque,
Confecta-

ventorum, & imbrum. Nulla erat Res publica, nullum commune bonum, neque institutis ul-
lis aut legibus tenebantur, quod prædæ cuique objecit fortuna, illud quisque rapiebat, suæ vitæ
suaque salutis consulere à Natura edoctus. In Sylvis etiam Venus jungebat Amantum corpora
(rem Veneris peragebant) namque vel mutua cupido feminas conciliabat, vel violenta vis &
impetus Maris cogebat, vel pretium aliquod, glandes, viz. poma sylvestria, aut lecta pira,
pellexit. Lacertis etiam validis pedibusque celeribus instructi

NOTÆ.

945. Claricitat. Advocat, Invitat: Et hæc Simeonis Bossii conjectura (Nam Quidam, Clarè citat ad se, vel, clarior accit) est plausu dignissima. Faber.

946. Noctivagi.] Melius quàm Nota vagis.

962. Impensa.] Vehemens, Magna: Sic Impensum Pretium, Cæsar.

964. Et manuum mira, &c.] Hi denique robusti immitesque Homines per totos dies Feras Saxis, Stipitibus, & id genus Armis persequantur; Et multa cæde fatigati, vel cum Nox advenerit, se frondibus foliisque involventes humi dormiebant Securi; Securi, inquam, neque enim timerunt

(ea erat absurda Stoicorum opinio, Nam rudis ante illos, nullo discrimine, Vita In speciem conversa operum ratione carebat, Et stupefacta novo pendebat lumine Mundi, Tum velut anissis mærens, tum leta renatis Sideribus

Manilius, lib. I. v. 66.)

ne adveniente Nocte Dies deinceps non rediret, ob jam perspectam à prima origine Diei ac Noctis vicissitudinem, v. 16. Hæc autem vita erat nonnullis incommodis ob-

feras sylvestres venabantur Saxis missilibus, magnisque & ponderosis clavibus urgentes, multasque perimebant, paucae vero vim eorum & impetum latebris vitabant. Et cum nox advenit, tanquam Setigeri Apri sylvestria sua membra nuda humi sternebant foliis & frondibus se circum involventes: Nec cum Sol occiderit magno ululatu implebant Agros pavidi quærentes diem, & in tenebris miserè vagantes: Sed sine questu expectabant, donec Sol rosea face lumina celo inferret (iterum oritur:) Quod enim à prima origine solebant experiri, diem, viz. noctemque sibi invicem succedere, cur unquam mirarentur id fieri posse, cur denique timerent ne perpetua tenebra Terras æternum obruerent detractò Solis lumine? Illud verò maximum angebat, quòd Fera noctu invadentes funestum miseris sonnum saepe reddiderunt: Antrisque suis expulsi faxem domos deserabant, cum spumans Aper aut sævus Leo irrumperet: Atque nocte intempesta pavidi relinquabant cubilia sua fronde instrata sævis Hospitibus (Leonibus & Apriis) occupanda. Attamen tum temporis vix plures Homines quam nunc linquebant dulcia lumina vitæ (perierunt.) Tum enim unusquisque hominum qui erat à feris ita deprehensus, ut effugere non potuit,

Confectabantur sylvestria sæcla Ferarum 965
Missilibus saxis, & magno pondere clava,
Multaque vincebant, vitabant pauca latebris:
Setigerisque pares Suibus sylvestria membra
Nuda dabant terræ nocturno tempore capti,
Circum se foliis ac frondibus involventes. 970
Nec plangore diem magno, Solemque per agros
Quærebant pavidi, palantes noctis in umbris:
Sed taciti respectabant, somnoque sepulti,
Dum rosea face Sol inferret lumina celo.
A parvis quod enim confuerant cernere semper 975

Alternò tenebras, & lucem tempore gigni,
Non erat, ut fieri posset, mirarier unquam,
Nec diffidere, ne Terras æterna teneret
Nox, in perpetuum detractò lumine Solis.
Sed magis illud erat curæ, quòd sæcla Ferarum 980

Infestam miseris faciebant sæpe quietem:
Ejectique domo fugiebant faxea tecta
Setigeri Suis adventu, validique Leonis,
Atque intempesta cedebant nocte paventes
Hospitibus sævis instrata cubilia fronde. 985
Nec nimio tum plus, quam nunc, mortalia sæcla
Dulcia linquebant labentis lumina vitæ.
Unus enim tum quisque magis deprensus eorum

N O T Æ.

noxia: Dormientes fere invadebant, & inde Mors cita, vel longa gravisque (nondum vires Herbarum noverunt) putrescentia vulnera sequuta est. Multos Fames abstulit, Plures noxiæ Herbae, quas insecti legerant: Ne verò quis putet tot malis obrutum fuisse totum Humanum genus, & ad interitum redactum, consideret Feras tum Singulos lacerasse, noxiis Herbis aut Alimentum inopia paucos periisse: At quot Millia rapit una Acies, quot absorbet Mare, quot denique Luxuries cneat, & venenata Po-cula! V. 29.

967. Vitabant pauca latebris.] Rarè fugiebant, & latebrarum præsidio periculum vitabant. Lambinus. Utra interpretatio melior sit, Lector iudicet.

968. Sylvestria.] Sylvestribus: Gifanus.

973. Sed taciti respectabant.] Primi illi Homines, quos Horatius, mutum & tupe pecus (quippe Epicuri rationem sequebatur, dum id scribebat) genus, Hercule, mirrificissimum erat, quippe qui in foporem dati, aliter longè suis oculis utebantur, ac nos hodiè utimur: Nos enim ubi semel capimus obdormire, nil oculis præter Somnum & Infomnia videmus. Illi somno gravati & oppressi perpetuò respectabant, reflexo capite, viz. Solem orientem. Scribe igitur,
— Sed taciti expectabant. Faber.

At non magis expectant, quam respectant dormientes: Mallem igitur, Resupinabant.
987. Labentis lumina vitæ.] Ut supra,

— Fugienti languida vita.
Ista est Mureti emendatio. Codd. Lamentis.
Pabula

Pabula viva feris præbebat dentibus haustus :
Et nemora ac monteis gemitu, sylvasque re-
plebat, 990

Viva videns vivo sepeliri viscera busto.
At quos effugium servarat, corpore adesto,
Posterius tremulas super ulcera terra tenentes
Palmas, horrifera accibant vocibus Orcum,
Donicum eos vita privarunt Vermina sæva, 995
Experteis opis, ignaros quid volnera vellent.

At non multa Virum sub signis millia ducta
Una dies dabat exitio : nec turbida ponti
Æquora lædebant naves ad saxa, virosque.
Sed temerè, incassum Mare fluctibus sæpe
coortis 1000

Sævibat, leviterque minas ponebat inaneis,
Nec poterat quemquam placidi pellaciæ Ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.
Improba navigii ratio tum cæca jacebat.
Tum Pænuria deinde cibi, languentia letho 1005
Membra dabat : contra nunc rerum Copia
merfat.

Illi imprudentes ipsi sibi sæpe Venenum
Vergebant : nunc dant aliis sollertiùs ipsi.
Inde Casas postquam, ac Pelleis, Ignemque
pararunt,

Et

*Illarum dentibus fractus
& decoratus, viva illis
præbebat alimenta, nemora,
montes, sylvasque gemitu
implebat, videns
Viscera sua vivo sepulchro
viva condi. At qui
fugerunt postquam moris
fuisse vulnerati, putrida
sua vulnera manu tremula
tegentes clamoribus mortem
vocabant : donec tandem
sævi vermes vita privabant
illos omnis Medicinæ auxilii
inopes, & ignaros que
Remedia Vulnera poscebant.
At tum Una dies non dabat
exitio multa Hominum millia
sub signis ducta (nondum
erat bellum) nec tumidum
turbidumque mare naves
virosque ad scopulos allidebat :
Sed sæpe Mare procellis
agitatum frustra intumuit,
& incassum minabatur :
Nec quemquam potuit dolosa
fullaciæ tranquillæ maris,
cùm veluti rideant Undæ,
in pericula allicere, cùm
nondum nota erat navis,
nec aliqua navigandi Ars :
Tum etiam temporis cibi
penuria languebant non-*

nulli, & fame perierunt ; nunc rerum copia & luxuries obruit, tum imprudentes (Herbarum enim succos ignorabant) sibi aliquando miscebant venenum, nunc arte docti aliis solerter præbent. Deinde postquam sibi Casas exstruxerunt, pellibus vestiti incedebant, & Ignem paraverunt,

N O T Æ.

995. *Vermina sæva.*] Vide *Festum*, qui hac voce dolores ex vermibus membra interiorius rodentibus natos significari ait : Forfan *Vermina* & Vermes ipsos significabit. *Faber.*

1000. *Incassum Mare fluctibus.*] *Codices, Sed temerè, incassum, frustra, Mare sæpe coortum :*

Sic lib. II. v. 1059.

Multimodis, temerè, incassum, frustra que : *Vossius ad Catullum, pag. 230.*

Sed temerè, incassum, Fluitro Mare sæpe coortum

Sævibat

Flustrum autem *Tertullianus de pallio* interpretatur temperaturam Maris motum, & medium inter tranquillum Mare, & quod decumanis assurgit fluctibus : (vid. *Tertullianum de Pallio, Cap. 2. & Salmastii notas*) Sed hæc *Tertulliani Interpretatio Vossii Conjecturam refutat, tum enim sævit Ma-*

re, cùm decumanis fluctibus assurgit.

1001. *Minas ponebat.*] Alii, *Miscebat.*

1003. *Ridentibus undis.*] Nihil enim blandius tranquillo Mari.

1008. *Vergebant.*] Infundebant, *Plautus, in Curcul. Act. 1. Sc. 2. l. 12. Invergere in me liquores tuos Sino ductim.*

Virgilius, Æn. 6. v. 244.

— *Frontique invergit vina Sacerdos, Vergere autem, est conversa in finistram partem Manu ita fundere ut patera convertatur, quod in infernis sacris fit. Servius.* Ideo huic loco vox ista mirè convenit.

1009. *Inde casas postquam, &c.*] Hactenus Homines efferos, per sylvas vagantes, & rapto viventibus vidimus : Alii jam in Scenam prodeunt, *Manfreti, Mites, & civilis vitæ studiosi : Non enim manebat ista, quæ in novo Mundo fuit, Aëris temperies, sed modò durum frigus, modò nimius calor,*

Et Femina Mari conjuncta cum eo vitam transigebat, cum casta erant connubia, privata, nec amplius volgecaga Venus, & natam ex se prolem agnoscebant, tum Humanum genus olim durum caput mollescere, nam Iguis effecit ut Corpora alia frigus sub dio minus valeret pati: Venus deinde & connubia diminuerunt vires, & Pueri blanditiis suis ferociam Parentum emollicebant: Tunc qui castas vicinas possidebant ceperunt inter se jungere amicitiam, & à vi & injuriis abstinere; Pueros etiam & mulieres misericordiae mutuo commendarunt, cum nutu, gestu, voceque inarticulata significarunt, æquum justumque esse infirmorum omnium misereri: Licet verò inter omnes mutua non potuerunt esse Federa, bona tamen magna pars hominum amicitiam p̄ se colebant, aliam tum totum genus Humanum fuisse peremptum, neque in hodiernum diem durasset illius propago. At Natura cõgit varios lingue sonos mittere, (vocem articulare) & Utilitas verba docuit, & rebus nomina imposuit: Non aliter ac jam ipsa

Et Mulier conjuncta Viro concessit in unum: 1010
 Castaque privatæ Veneris connubia læta
 Cognita sunt, Prolemque ex se videre creatam:
 Tum genus Humanum primùm mollescere cœpit.
 Ignis enim curavit, ut alia corpora frigus
 Non ita jam possent cœli sub tegmine ferre: 1015
 Et Venus imminuit vires, Puerique parentum
 Blanditiis facilè ingenium fregere superbum.
 Tunc & amicitiam cœperunt jungere habentes
 Finitima inter se nec lædere, nec violare:
 Et pueros commendarunt, muliebrequæ sæ-
 clum 1020

Vocibus, & gestu, cum balbè significarent,
 Imbecillorum esse æquum misererier omnium.
 Non tamen omnimodis poterat concordia gigni:
 Sed bona, magna que pars servabant fœdera casti:
 Aut genus Humanum jam tum foret omne
 peremptum, 1025
 Nec potuisset adhuc perducere sæcla propago.
 At varios lingue sonitus Natura subegit
 Mittere, & Utilitas expressit nomina rerum:
 Non alia longè ratione, atque ipsa videtur

NOTÆ.

Procœllæ & Tempestates affligebant: Inde paullatim fractæ istorum vires; Inde domos struxerunt, quibus sese continentes privata Venere utebantur, & Natorum blanditiis afflucti mansuetudinem induebant. Deinde Pellibus contra Cœli inelementiam usi, & post repertum Ignem ita erant emolliti, ut fœdera & Amicitiam inire, à vi & injuriis abstinere necessarium foret, si ipsi salvi esse vellent; Ita tandem concordia conservatum est humanum genus. V. 18.

1014. *Alia Corpora.*] Sunt autem *Alsi* & *Alsiost*, qui frigus ferre non possunt, Varro, lib. II. de Re rustica, cap. 3. de Capris. *Stabulantur pecus meliis, ad hibernos exortus, si spectat, quod est Alsiostum. Lambinus.*

1021. *Balbè.*] Quippe qui nondum expedite loqui didicissent, Sermonem minimè adhuc constituto. *Faber.*

1027. *At varios lingue sonitus, &c.*] Sed quo modo Fœdera inter Homines (Mutum & turpe pecus) qui sentire forsan potuerunt,

at quæ sentiebant effari nondum didicerant? Respondet *Lucretius*, Homines istos primos lux facultatis fuisse confisos, & ut unaquaque res sibi objecta Dolorem, Gaudium, Metum, &c. excitabat, diversos sonos expressisse; id enim cogebat Natura, & idem faciunt Aves, Equi, Canes, omnia denique Animalia quæ respirant. Hoc verò modo *balbè* tantum, v. 1021. significabant: Nondum instituta erant commercia, neque nisi Rebus nomina imponerentur instituta potuerunt: Igitur uniusquisque Hominum Utile sibi aliudque fore sensit certa Rebus nomina assignare: Ita omnibus, qui eodem fœdere erant juncti, de iisdem vocabulis inter se convenit, & Rerum nomina expressit Utilitas. Quod verò dicat aliquis, (non tantum Pythagoram, & Platonem, sed & sacram Mosis Historiam mihi videtur convellere) unum, viz. Hominem rebus omnibus nomina dedisse, illud ineptum prorsus & absurdum. Hæc, v. 63.

Protrahere ad gestum Pueros infantia linguæ, 1030
 Cùm facit, ut digito, quæ sint præsentia, mon-
 strent.

Sentit enim vim quisque suam, quam possit abuti,
 Cornua nata prius vitulo quàm frontibus extent,
 Illis iratus petit, atque infensus inurget.

At catuli Pantherarum, scymnique Leonum 1035
 Unguibus, ac pedibus jã tum, morsuq; repugnant,
 Vixdum cùm ipsis sunt dentes unguesque creati.
 Alituum porro genus alis omne videmus
 Fidere, & à pennis tremulum petere auxiliatum.

Proinde putare Aliquem tum nomina distri-
 buisse 1040

Rebus, & inde Homines didicisse vocabula prima,
 Desipere 'st: nam cur Hic possit cuncta notare
 Vocibus, & varios sonitus emittere linguæ,
 Tempore eodem Alii facere id non quisse potëtur?

Præterea, si non Alii quoque vocibus usi 1045
 Inter fe fuerant: unde insita notities est
 Utilitatis, & unde data 'st Huic prima potestas,
 Quid vellet facere, ut scirent, animoque viderent?
 Cogere item plureis Unus, victosque domare
 Non poterat, rerum ut perdiscere nomina
 vellent: 1050

Nec ratione docere ulla, suadereque furdis,
 Quid factò esset opus, faciles neque enim pate-
 rentur,

Nec ratione ulla sibi ferrent ampliùs aureis
 Vocis inauditos sonitus obtundere frustra.

Postremò, quid in hac mirabile tantopere
 est re, 1055

Si genus Humanum, cui vox, & lingua vigeret,
 Pro vario sensu varias res voce notaret,

linguæ infantia (loquendâ impotentia) pueros ad gestum provocat, cùm cogit ut digito monstrant res præsentés, & sibi objectas. Nam unusquisque conscius est illius facultatis quæ sibi inest, & quæ passit uti. Priusquam Cornua nata frontibus Vitulorum extent, Illis Irati ferunt, & impetum faciunt: At Pantherarum & Leonum Catuli unguibus, pedibus & dentibus se defendunt, cùm Ungues & Dentes vix sint ipsis nati: Denique videmus omnes Volucres, adhuc implumes alas suas movere, tremulumque ab iis petere auxiliatum. Proinde putare unum aliquem hominem rebus imposuisse nomina, & inde prima vocabula accepisse Homines, id quidem absurdum est: Cur enim Hic homo vocem articulare, & nomina rebus imponere possit, alii autem eodem tempore illud non potuisse crederentur? Præterea, si Alii quoque non usi fuerunt vocibus inter se, unde isti cognoverint vocum utilitatem? aut quo modo potuit ille qui primus rebus nomina imposuit efficere, ut alii scirent & intelligerent quid vellet? Ille enim Unus non potuit multos subigere, & subactos cogere ut rerum nomina vellent discere; neque ullo modo potuit docere, & demonstrare hominibus non audientibus quid factò opus sit: neque enim a quo Animo ferrent, neque ullo modo paterentur aures suas insolito & non intellecto clamore & vocibus frustra obtundi. Postremò, Quid est quod miremur, si Homines quibus Vox & Lingua competit, res diversas & à se diverso modo perceptas diversis nominibus notarent:

N O T Æ.

1030. Infantia linguæ.] Juvenalis, Sat. x.

Madidi Infantia Nafi.

Sed Infantiam linguæ rectè interpretari videor.

1037. Vixdum cum ipsis.] Gifanius, Vix etiam, cum, &c. Lambinus,

Vix dum etiam cum, vel Vix dum eis cum.

1039. Tremulum auxiliatum.] Propter tremulum Alarum motum.

1055. Postremò, quid in hac, &c.] Si enim nomina ipsa per sese cognitionem aliquam τῶν ὄντων afferrent, atque ex sola pronuntiatione trium quatuorve Syllabarum singularis aliqua cognitio pararetur, sanè mirandum foret; sed cùm ab Usu, Usus autem à temeritate, fortuna, commoditate, interdum & à Popelli imperitia, &c. pendeat, nihil sanè mirabile est, quod ait Lucretius. Faber.

Cum ipsa muta (orationis expertes) pecudes, cum Feræ etiam diuersas & dissimiles voces soleant emittere cum metuum, cum dolent, & cum voluptate afficiuntur: & hoc quidem frequens docet experientia. Cum primùm latic mollesque rictus Canum Molossorum irritati fremunt, à duris dentibus ducti, eosque nudos relinquentes, minantur Sonitu longè diuerso ab eo quem emittunt, cum ingenti latratu complet loca omnia. Verùm cum Catulos suos lingua blandè lambere conantur, aut ubi eos pedibus molliter movent, & petentes morsu imitantur teneros haustus dentibus suspensis, diuerso planè modo voce sua adulantur, ac cum Soli in domibus relicti haubantur, (latrant) aut cum inclinato & in terram demisso corpore ictus imminentes plorantes vitant. Denique nomen item videtur Hinnitus differre, cum equus iuventutis uigens inter Equas furit simulis allati Amoris ictus, vel cum in pugnam uirtutus è patulis naribus hinnitum edit, & cum alias propter causas artibus concussis hinnit? Postremò diuersa Avium genera, Accipitres, Ossifragæ, & Mergi qui in Mari vivunt, omni alio tempore voces emittunt longè diuersas ab illis quas edunt, cum de victu certant, & pro præda pugnant. Pro diuersu etiam Cæli temperie diuersos edunt rauos sonos ut longæua gens Cornicum, & Corvorum turba, quando dicuntur Aquam & Imbres poscere, & interdum ventos & procellas vocare. Ergo, si variis affectus, & diuersæ rerum perceptionis cogunt Animalia etiam muta nec voce articulata prædita, varias & diuersas voces emittere,

Cum Pecudes mutæ, cum denique sæcla Ferarum Dissimileis soleant voces variasque ciere, Cum Metus, aut Dolor est, & cum jam Gaudia gliscunt? 1060

Quippe etenim id licet è rebus cognoscere apertis. Inritata canum cum primùm magna Molossùm Mollia ricta fremunt duos nudantia dentis: Longè alio sonitu rabie distracta minantur: Et cum jam latrant, & vocibus omnia complent, 1065

At catulos blandè cum lingua lambere tentant, Aut ubi eos jactant pedibus, morsuque petentes, Suspensis teneros imitantur dentibus haustus: Longè alio pacto gannitu vocis adulant: Et cum deserti baubatur in ædibus, aut cum 1070 Plorantes fugiunt summissò corpore plagas.

Denique non Hinnitus item differre videtur, Inter equas ubi Equus florenti ætate iuventus Pinnigeri sævit calcaribus ictus Amoris; Et fremitu patulis sub naribus edit ad arma: 1075 Ac cum sis aliàs concussis artibus hinnit?

Postremò, genus Alituum, varixque volucres, Accipitres, atque Ossifragæ, Mergique marinis Fluctibus in falsis victum vitamque petentes, Longè alias alio jaciunt in tempore voces, 1080 Et cum de victu certant, prædaque repugnant: Et partim mutant cum tempestatibus unà Raucifonos cantus, Cornicum ut sæcla vetusta, Corvorumque greges, ubi aquam dicuntur & imbreis

Poscere, & interdum ventos aurafq; vocare. 1085 Ergo, si varii sensus Animalia cogunt, Muta tamen cum sint, varias emittere voces:

N O T Æ.

1063. Ricta.] Ut lib. IV. Volta pro Vul-tus: Et lib. VI. v. 1193. Inborrebat Rictum. Fremunt autem rectè legitur, nec admittendum est Nonii Tremunt, rejiciendum verò, licet mille Codd. exhibeant, Gifanii Premunt. 1067. Morsuque petentes.] Alii, Patente. Certant etiam Grammatici utrum Laciant, an Jactant legeretur. In sequenti versu pro Teneros, Faber, Veros. Negligo.

1075. Ad arma.] Alius forsitan istarum vocum sensus, sed turpiculus.

1076. Sis.] Suis; ut lib. III.

Lumina Sis oculis etiam bonus Ancu' reliquit.

1085. Ventos aurafque vocare, & imbres poscere.] Inde Virg. I. Georg.

Tum Cornix plena pluviam vocat improba voce.

Quantò

Quantò mortaleis magis æquum est tum potuisse
Dissimileis alia, atque alia res voce notare?

Illud in his rebus tacitus ne fortè requiras: 1090

Fulmen detulit in terras mortalibus Ignem

Primitus: Inde omnis Flammarum deditur ardor.

Multa videmus enim cœlestibus incita flammis

Fulgere, cum cœli donavit plaga vapores.

Et ramosa tamen cum ventis pulsa vacillans 1095

Æstuat in ramos incumbens arboris Arbor,

Exprimitur validis extritus viribus Ignis:

Et micat interdum flammæ fervidus ardor,

Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur:

Quorum utrumque dedisse potest mortalibus

Ignem.

1100

Inde Cibum coquere, ac flammæ mollire vapore

Sol docuit, quoniam amiscere multa videbant

Verberibus radiorum, atque æstu victa per agros.

Inque dies magis hi victum vitamque priorem

Commutare novis monstrabant rebus, &

igni,

1105

Ingenio qui præstabant, & corde vigeabant.

Condere cœperunt urbeis, arcemque locare

Præsidium Reges ipsi sibi, perfugiumque:

Et pecudes, & agros divisere, atque dedere

Pro Facie cuiusque, & Viribus, Ingenioque. 1110

Nam Facies multum valuit, viresque vigeabant:

Posterius Res inventa est, Aurumque repertum,

gaces erant nova quotididè alimenta, novosque præparandi modos Ignæ adjuti demonstrabant. Reges ipsi cœperunt Urbes condere, & Arcem locare Sibi præsidium, & quò se recipiant cum Alii invadant. Pecudes etiam, Agrosque partiti sunt, singulisque portio assignata, prout Forma. Viribus, aut Ingenio præstabant: Tum enim Forma & Vires in maximo honore erant. Postea Divoitiæ Aurumque inventum est,

NOTE.

1090. *Illud in his rebus, &c.]* Suprà Ignis mentionem fecit, v. 1009. Jam verò, v. 17. docet Ignem vel Fulmine in Terras delatum, vel ex arboribus Vento jactatis ramisque inter se contritis natum primò se Mortalibus exhibuisse; Illius autem ministerio ad præparandos cibos Homines fuisse usos, quoniam observaverant Solis calore mitiores fieri, & sibi aptiores fructus: Inde alius Victus, alia vivendi Ratio, quam inventit ingeniosa Luxuries.

1098. *Et micat.]* Gifanius: *Emicat.*

1099. *Mutua.]* Ita, lib. II.

Mortales mutua vivunt.

1107. *Condere cœperunt Urbes, &c.]* Ut communi saluti melius consultum foret, summa potestas defertur Uni, quem For-

ma, Ingenio, aut Viribus præstantem, & planè Regem effecerat Natura: Ille Urbes, Ille Arces condidit, Sibi Subditisque suis ab Hostium injuriis præsidium: Illius arbitrio agebantur omnia, & O felix Humanum Genus sub tali Principe! Sed subito corripit Avaritia, evertit omnia Ambitio, & ita hodiè dominantur, ut si vivere velis, rerum publicarum administrationem fuge; Difficiliter enim obtinetur imperium, & difficiliter retinetur: Pro voluptatibus curas affert & molestias, instabile denique & infirmum est. Invidia & insidiis undique petitur. Sed quid monco? Semper rapuit, semperque rapiet Homines, *Ventofo Gloria curru. Hæc, v. 28.*

1111. *Viresque vigeabant.]* Faber, *Vigentes.*

quod Formæ & Viribus facile Honorem abstulit, nam illius qui Divitiis abundat factionem jam sequuntur, & illi servant, qui forma & viribus sunt conspicui. Quod si quis secundum re-
 Ætae Rationis præcepta vitam suam institueret, Divitiæ grandes sunt homini frugi vivere æquo Animo, nemo enim tam miser quin parvo semper gaudet. At Homines volunt se esse claros & potentes, ut stabili fundamento fortuna inmitteretur, & opulenti possint vitam tranquillam agere; Frustra: Nam turba illorum qui summos honores attingere conantur reddidit Iter ad Honores periculosum, & sæpe Invidia tanquam Fulmen dejecit Homines à summo Honoris fastigio in infimam vilissimamque sortem; Ita ut multò melius sit modica fortuna contentum vivere, & quietum parere, quam imperare, & regnum obtinere velle. Proinde, frustra, nihil enim movet, improbe laborant, luctantes per angustias Ambitionis (Summa enim & quæcumque aliis altiora sunt Invidia seu Fulmine plerumque flagrant) dum alieno ex ore sapiunt, & Honorem & Imperium cupiunt quod ab aliis tanquam bona laudantur, potius quam quod ipsi sentiunt: Hic nunc est, semper erit, semperque fuit mos Hominum. Ergo Regibus occisis subversa jacebat pristina Majestas Soliorum, & superba sceptrum, & Regii capitis ornamentum Diadema ipsius regis sanguine fadatum sub pedibus vilis plebis jacebat sine honore;

Quod facile & Validis, & Pulchris demisit honorem. Divitioris enim sectam plerumque sequuntur Quamlibet & fortes, & pulchro corpore creti. 1115

Quod si quis vera vitam ratione gubernet, Divitiæ grandes homini sunt, Vivere parçè Æquo animo; neque enim 'st unquam pænuria Parvi:

At claros se homines voluere esse, atque potentes, Ut fundamento stabili fortuna maneret, 1120

Et placidam possent Opulenti degere vitam; Nequicquam: Quoniam ad summum succedere honorem

Certantes, iter infestum fecere viâ. Et tamen è summo quasi Fulmen dejecit ictos Invidia interdum contentim in Tartara tetra: 1125

Ut fatius multò jam sit parere quietum, Quàm regere Imperio res velle, & Regna tenere. Proinde, sive incassum defessi sanguine fudent Angustum per iter luctantes Ambitionis:

Invidia quoniã seu Fulmine summa vaporant 1130 Plerumque, & quæ sunt aliis magis edita cunque:

Quandoquidem sapiunt alieno ex ore: petuntque Res ex auditis potiùs, quàm sensibus ipsis: Nec magis id nunc est, nec erit mox, quàm fuit antè.

Ergo Regibus occisis subversa jacebat 1135 Pristina majestas foliorum, & sceptrum superba;

Et capitis Summi præclarum Insigne cruentum Sub pedibus Volgi magnum lugebat honorem:

NOTÆ.

1116. Quod si quis vera, &c.] Lege quæ sequuntur, & fateberis Epicurum providum esse & continentem, ab omni Avaritia & Ambitione alienum, nam utraq; curas affert & molestias, neutra promovet felicitatem: Hinc ipsius effatum, ἡδιστα πολυτελείας ἀπολάσσειν οἱ ἦμισα ταύτης δέομενοι.

1122. Quoniam ad summum, &c.] Diversam ab Aliis, sed veram interpretationem apposuisse videor.

1128. Sanguine fudent.] Valdè laborent. Interpretes, quibus credo, quoniam quid melius dici possit nondum inveni.

1130. Invidia quoniam.] Duos hosce ver-

sus, si Libri permitterent, delearem, certè ejectionis istis integra foret sententia, quæ illorum interventu luxata videretur.

1135. Ergo, Regibus occisis, &c.] Deturbatis Regibus iterum Vis, Injuriæ, Tumultus, & ad pristinam feritatem rediit Hominum vita, tandem placuit Magistratus creare, Leges constituit, & pœnis coercere injuriosos: Prudenter hoc quidem, nam Metus vehementissima causa est, & Timore Homines maxime continentur. Ne verò quis putet se impunè fœdera violare posse, quoniam clam peccat, nam Garrula est Conscientia, & multi vel Morbo delirantes, vel in Somnis suorum scelerum indicium fecerunt.

Nam

Nam cupidè conculcatur nimis antè metutum.
Res itaque ad summam Fæcem Turbasque
redibat, 1140

Imperium sibi cum, ac summatum quisque petebat.
Inde Magistratum partim docuere creare,
Juraque constituere, ut vellent legibus uti:

Nam genus Humanum defessum vi colere ævum,
Ex inimicitis languēbat; quò magis ipsum 1145
Sponte sua cecidit sub leges, arctaque jura:

Acrius ex Ira quòd enim se quisque parabat
Ulcisci, quàm nunc concessum est Legibus æquis;
Hanc ob rem est Homines pertæsum vi colere
ævum:

Unde Metus maculat pœnarum præmia vitæ. 1150
Circumretit enim Vis atque Injuria quemque,
Atque, unde exorta est, ad eum plerumq; revertit;

Nec facile est placidam ac pacatam degere vitam,
Qui violat factis communia fœdera pacis.

Et si fallit enim Divum genus Humanumque, 1155
Perpetuò tamen id fore clam diffidere debet:

Quippe ubi se multo per Somnia sæpe loquentes,
Aut Morbo delirantes procræxe ferantur,
Et celata diu in medium peccata dedisse.

Nunc quæ causa Deum per magnas Numina
genteis 1160

Pervolgãrit, & ararum compleverit urbeis,
Suscipiendaque curãrit sollennia sacra,

facile agat, qui communia pacis fœdera facinore scelereque suo violat: Nam licet Deos Hominesque lateat, timere tamen debet ne aliquando foret palam, nam multi sæpe per somnia loquentes aut morbo delirantes facinora diu celata indicasse dicuntur & in medium protulisse. Nunc quæ causa Deos per totum Terrarum orbem agnoscere fecit, & urbes aris implevit, & sollennia instituit sacra quæ nunc ubique in usu sunt,

N O T E.

1139. *Metutum.*] Vox Antiquis nota.

1141. *Summatum.*] Summum gradum, aut summos honores.

1142. *Docuere.*] Forfan, *Didicere.*

1150. *Unde metus maculat.*] Apertior trium horum versuum sententia, si invertatur illorum ordo,

Circumretit enim vis atque injuria quemque,

Atque unde exorta est ad eum plerumque revertit,

Unde metus, &c.

1158. *Procræxe.*] Verbum originis Græcæ, à *κρῆξις, ἐκκρῆξις*, unde Poeta finxit τὸ procrægo, *Faber*: Alii, *Protraxe* pro *Protraxisse*.

1160. *Nunc quæ causa, &c.*] A primo

Quicquid enim olim maxime timebat Vulgus jam defectum summa cum voluptate calcat. Imperium igitur ad infimam plebem vilemque turbam rediit, dum unusquisque regnum affectabat, & acquirere studebat. Inde Magistratus instituire quidam, ingenio & virtute præstantes alios docuerunt, & leges condiderunt, secundum quas vitam suam agerent. Nam genus humanum omnia vi odio & inimicitis agere tædebat, ideoque libentius sese legibus subjecit, & jure uti constituit: Quod enim unusquisque injuria lacessitus & ira percitus acriorem vindictam sumere, quàm nunc leges æque permittunt, parabat, ideo Homines tandem tædebat omnia agere vi, quippe inde natus Timor, perpetuusque metus omnes vite voluptates contaminat, & inficit. Vis enim & Injuria unumquemque circumretit, & in eum, à quo primum exorta est, recidit, neque ille securam tranquillamque vitam,

Hominum ortu Religio, & Deorum metus; Unde verò ista Numinum notities? à Simulachris quibusdam, è Diis ipsis (quibus quasi Corpus & quasi Sanguinem attribuit Epicurus) profluentibus, an fortuitò natis incertum est. Ista autem Simulachra perpetuò in mentes Hominum tam vigilantium quàm dormientium incurflu efficiebant, ut conjicerent Homines extare alicubi ipsis consimiles naturas, Intelligentiæ capaces, quippe Membra movere, & loqui Simulachra videbantur: Immortales etiam quoniam eadem semper Simulachrorum forma, & immensa illorum Virtus, v. 4. Beatas denique, quoniam neque Metu Mortis nec Periculis erant vexatæ, & nunquam lassatæ æterno quasi otio fruebantur. v. 4.

“ Quæ

Et sine quibus nullum facinus egregium suscipitur: Unde etiam metus iste Deorum, qui nunc nova templa per totum Orbem Terrarum extrahit, festosque dies instituit, Homines invocit docere, Et carmine explicare non adeo difficile videtur. Quippe tum Homines præclara Deorum Simulachra animo vigilanter percipiebant, In somnis autem ista Simulachra majora videbantur, Et angustiora. His autem Sensum tribuebant, quoniam membra movere videbantur, vocesque minaces mittere angustæ formæ amplisque viribus convenientes: Eternam insuper illis attribuebant vitam, quia forma eorum semper exhibebatur, Et eadem manebat; Et profectio manet Et quia putabant Deos tantis viribus esse auctos, ut nulla vi nulloque impetu diffringi possint: Ideo autem felicissimos putabant, quod metus Mortis eos non vexaret, Et quoniam in Somnis videbant illos multa miraque efficere, minime tamen delassari. Præterea, videbant Solem, Lunam, Et Sidera, varia etiam annorum tempora ordine certo verti, quibus autem causis id fieret cognoscere non potuerunt; Ideo ad Deos fugiebant, omniaque illorum numine flecti Et gubernari crediderunt. Denique Deorum sedes domosque in Cælis locaverunt, quoniam Sol Et Luna videtur volvi per Cælum, Luna, inquam, Dies, Et Nox, Et Stellæ, Meteora etiam ignita,

“Quæ nunc in magnis florent sacra rebus locisque: Unde etiam nunc est Mortalibus infusus Horror, Qui delubra Deum nova toto suscitavit orbi 1165 Terrarum, & festis cogit celebrare diebus: Non ita difficile est rationem reddere verbis.

Quippe etenim jam tum Divum Mortalia sæcla Egregias animo facies vigilante videbant, Et magis in somnis mirando corporis auctu. 1170 His igitur sensum tribuebant, propterea quod Membra movere videbantur, vocesque superbas Mittere pro facie præclara, & viribus amplis: Eternamque dabant vitam, quia semper eorum Suppeditabatur facies, & forma manebat, 1175 (Et manet omnino) & quod tantis viribus auctos Non temerè ulla vi convinci posse putabant.

Fortunisque ideo longè præstare putabant Quod mortis timor haud quemquã vexaret eorum, Et simul in somnis quia multa, & mira videbant 1180

Efficere, & nullum capere ipsos inde laborem.

Præterea, Cæli rationes ordine certo, Et varia annorum cernebant tempora verti; Nec poterant quibus id fieret cognoscere causis: Ergo perfugium sibi habebant omnia Divis 1185 Tradere, & illorum nutu facere omnia flecti.

In Cœloque Deum sedes, & templa locarunt, Per cælum volvi quia Sol, & Luna videntur: Luna, Dies, & Nox, & noctis Signa severa, Noctivagæque faces cœli, Flammæque volantes, 1190

NOTÆ.

1163. *Quæ nunc in magnis, &c.*] Hic Versus vel Spurius est, vel extra omnem mendandi spem jacet, sensus enim illius esse debuerat,

Quæ nunc in cunctis fumant arisq; focisque. Faber. At sanus videtur Versus & integer.

1176. *Et manet omnino. Et quod.*] Alii, *Et tamen omnino, quos:* Qui quid velint ipsi videant. Alii, *Et manet omnino, quos:* Id est, Necessè ut maneat illorum forma quos, &c.

1182. *Præterea, Cæli rationes, &c.*] Si aliam Religionis originem requiras: En

causarum naturalium ignorantiam! V. II. Nam cum Siderum conversiones, vicissitudines Tempestatum, Grandinam, Nivem, Ventos denique, Fulmenque viderint Homines, neque quo modo hæc fierent explicare potuerunt, fugiebant ad Deum, nam constantes Siderum motus cui potius quam sapienti gubernatori attribuerent? Et ubi illius sedem aptius quam in Cælo collocarent, unde Nix, Grando, Fulmen, &c?

1182. *Cæli rationes.*] *Ratos Cæli motus:* Sæpe Lucretius, & melius quam, *Cæli regiones.*

1189. *Signa severa.*] Alii, *Serena.*

Nubila,

Nubila, Ros, Imbres, Nix, Venti, Fulmina,
Grando,

Et rapidi fremitus, & murmura magna minarum.

O genus infelix humanum! talia Divis
Cum tribuit facta, atque iras adjunxit acerbas:
Quantos tum gemitus Ipsi sibi, quantaque
nobis

Volnera; quas lacrymas peperere minoribus nostris. 1195

Nec Pietas ulla est velatum saepe videri
Vertit ad Lapidem, atque omnibus accedere ad aras;
Nec procumbere humi prostratum, & pandere
palmas

Ante Deum delubra, nec aras sanguine multo 1200

Spargere quadrupedum, nec votis necere vota:

Sed magis pacata posse omnia mente tueri.

Nam cum suspicimus magni caelestia mundi

Templa super, stellisque micantibus aethera fixum,

Et venit in mentem Solis, Lunaeque viarum, 1205

Tunc aliis oppressa malis in pectore cura

Illa quoque expergefatum caput erigere infit,

Equae forte Deum nobis immensa potestas

Sit vario motu quae candida sidera verset.

Tentat enim dubiam mentem rationis egestas, 1210

Equaniam fuerit Mundi genitalis origo:

Et simul, equae sit finis, quoad moenia Mundi,

Et tanti motus hunc possint ferre laborem:

Nubila, Ros, Imbres, Nix, Venti, Fulmina, Grando, rapidum denique Tonitru furoris murmure horribili. O Infelix humanum genus quanto talia facta Divis attribuit, eosque Irae capaces esse docuit! quantos tum sibi gemitus, quantas nobis miserias, quas denique Posteris nostris lacrymas, conciliant! Nec profecto Pietas est ulla velato capite ad Lapidem videri saepe verti, accedere ad omnes aras, humi prostratum procumbere, manus pandere ante Deorum delubra, nec multo Animalium quadrupedum Sanguine aras spargere, nec vota votis necere, sed potius profecto Pietas est intrepida & tranquilla mente posse spectare omnia: Nam cum spectamus Caelum latumque aethera stellis micantibus ornatum, & Solis Lunaeque cursus contemplerur: Tunc illa cura, quae aliis malis oppressa jacebat in pectore sopita, caput suum

expergefatum attollere incipit, an, viz. forte sint Dii immensa potestate praediti, quae Solem, Lunam & Sidera vario motu versent & gubernent. Cum etiam rerum causas non habemus clare perspectas, dubitamus an Mundus unquam incepit esse, an aliquis etiam certus sit finis, quousque Mundi moenia durare possint, & tanti motus laborem ferre:

NOTAE.

1192. *Murmura magna minarum.* Per quae Dii videntur Hominibus minari, & terrorem inferre.

1193. *O genus infelix Humanum!* Opinio de Providentia, si Epicuro credimus, unica est causa Sollicitudinis illius, quae vitas Hominum affligit, atque haec Sententia, v. 24. qui sequuntur, explicatur. Ab illa autem Opinione Vulgi vana & inepta Superfluitio, quae nulla est erga Deos Pietas: Qui verè Pius, seipsum respicit, explorat Naturae vires, ut omnia intelligat, nihil admiretur; Inde enim fit ut Siderum motus, & alia Naturae phaenomena intrepidus spectaret, dum omnia fieri sine Deorum interventu noverit: Nam Pietatis Mater (Papicolam crederes Lucretium) Ignorantia. Horat. Ep. 6. lib. I.

Nil admirari prope res est una Numici,

Solaque que possit facere, & servare beatum:

Hunc Solem, & Stellam, & decedentia certis

Tempora momentis, sunt qui formidine nulla Imbuti spectent:

Alius,

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,

Strepitumque Acheruntis avari

Subjecit pedibus.

1197. *Velatum saepe videri, &c.]* Romani velato capite & circumacto dextrorsum Corpore Deos (Lapides) venerabant: vid. *Plutarch. isaurici*, & *Vitam Marcelli*: & *Interpretes Minutii Felici*, pag. 12.

1208. *Equae forte Deum nobis.]* Pro Nobis Faber substituit, *Endo polis*, in Caelis. Sed ista audacior est conjectura, & *Tibi, Sibi, Vobis, Nobis*, &c. pro libitu inferebant veteres Poetae.

1213. *Et tanti motus hunc possint ferre.]* Alii, *Taciti*: Sed sive *Taciti* sive *Tanti* legas, perinde est; Rectè autem leges,

Hunc tanti motus possint sufferre laborem.
Faber.

An æternitate à Diis donata perpetuo motu versari possint, & immensi ævi vires sustinere illesæ & infracta. Præterea, Cujus Animus metu Deorum non percellitur? cuius artus non contrahuntur, quando horrendo ictu fulminis exusta Terra tremit, & fremens Tonitru percurret Cælum? Nonne Populi & Gentes, magnique Reges timore Deorum percussi contremiscunt, Solliciti ne jam adsit grave tempus solvendi pænas propter facta turpiter commissa vel superbe dicta. Cùm etiam vehemens impetus procellæ Classis Imperatorum cum validis suis Legionibus & Elephantis rapit per mare, nonne Ille votis omnibus Deos sibi propitios reddere conatur, multaque prece tranquillum mare & ventos secundos pavidus exposcit? Frustra: quoniam sæpe violenta procella fertur in Brevia perniciosâ, & ad saxa alliditur, æquæ ac si nullas preces fudisset: Vis aliqua occulta res humanas ita obterit, pulchros fusces sævæque securæ (omnia imperii insignia) calcare videtur, & ludibrio habere. Denique cùm tota Terra sub pedibus nostris tremat,

cùm urbes quassatæ cadunt, vel inclinata mœnia ruinam minantur: Quid mirum si Homines de seipsis non magnificè sentiant, sed existimant Infrictam esse quandam in Diis potentiam quæ omnia dirigit & gubernet? Quod superest, Æs, Aurum, Ferrum,

N O T Æ.

1217. Præterea, cui non, &c.] Alia denique Religionis causa est Timor, v. 23. Procellis, Terræ-motu, aliisque maximis malis, quæ nulla sua vi, nulla arte aut industria eluctari possunt, Homines attoniti Potestatum invisibilium opem & auxilium implorabant: Inde Preces & Vota, & Primus in orbe Deos fecit timor.

At quid valent Vota? sævit Ventus, preces simul & vela rapit, nec magis audiunt Numina quàm Tempestas: Casu feruntur, rapiuntur omnia.

1218. Conrepunt.] Translatio mirabilis &

An Divinitus æterna donata salute, Perpetuo possint ævi labentia tractu, Immensi validas ævi contemnere vires. 1215

Præterea, cui non animus formidine Divum Contrahitur? cui non conrepunt membra pavore, Fulminis horribili cùm plaga torrida Tellus Contremit, & magnum percurrunt Murmura cælum? 1220

Non Populi, Gentesque tremunt? Regesque superbi

Conripiunt Divum percussi membra timore, Ne quod ob admissum foedè, dictumve superbe Pœnarum grave sit solvendi tempus adactum?

Suina etiam cùm vis violenti per mare venti Induperatorem classis super æquora verrit, Cum validis pariter Legionibus, atque Elephantis:

Non Divum pacem votis adit? ac prece quæsit Ventorum pavidus paces, animasque secundas? Nequicquam: quoniam violento turbine sæpe 1230

Conreptus nihilo fertur minus ad vada lethi: Ufque adeo res humanas Vis abdita quædam Obterit, & pulchros Fæcæis, sævæque Secureis Proculcare, ac ludibrio sibi habere videtur.

Denique sub pedibus Tellus cùm tota vacillat, 1235 Concussæque cadunt urbes, dubiæque minantur: Quid mirum si se temunt Mortalia sæcla?

Atque potestates magnas, mirasque relinquunt In rebus vireis Divum, quæ cuncta gubernent?

Quod superest, Æs, atque Aurum, Ferrumque repertu 'st, 1240 Et

audax, ideo quidam legendum censent, Horrescunt.

1237. Se temunt.] Suxæ, Viz. imbecillitatis consilii.

1240. Quod superest, Æs, &c.] Prima Metallorum Inventio & Usus, quo denique in honore & pretio singula erant, verbis 40. explicatur: Inventio ad Sylvarum exustionem, factamque exinde Metallorum colli- quationem refertur, v. 18. Combustis enim (quo modo exortum fuit istud incendium nihil attinet) Sylvis, liquefacta quæ in Terræ venis dispersa jacebant Metalla in unam

Et simul Argenti pondus, Plumbique potestas :
 Ignis ubi ingentis sylvas ardore cremarat
 Montibus in magnis, seu cœli fulmine misso,
 Sive quòd inter se bellum sylvestre gerentes,
 Hostibus intulerant ignem formidinis ergo; 1245
 Sive quòd inducti Terræ bonitate, volebant
 Pandere agros pinguis, & pascua reddere rura :
 Sive Feras interficere, & ditescere præda :
 Nam Fovea, atque Igni prius est venarier ortum,
 Quàm sepire Plagis saltum, Canibusq; ciere. 1250
 Quicquid id est, quacunq; è causa flammeus
 ardor

Horribili sonitu sylvas exederat altis
 Ab radicibus, & terram percoxerat igni,
 Manabat venis ferventibus in loca terræ
 Concava conveniens Argenti rivus & Auri, 1255
 Æris item & Plumbi; quæ cùm concreta videbant
 Posterius claro in terris splendere colore,
 Tollebant nitido capti, levique lepore :
 Et simili formata videbant esse figura,
 Atque lacunarum fuerant vestigia cuique, 1260
 Tum penetrabat eos, posse hæc liquefacta calore,
 Quamlibet in formam, & faciem decurrere rerum,
 Et prorsum quamvis in acuta ac tenuia posse
 Mucronum duci fastigia procudendo ;
 Ut sibi tela parent, sylvasq; excidere possint, 1265
 Materiem lævare, dolare, ac radere tigna,
dore capti ; observantes insuper illa esse formata ea figura qua cava erant loca in quibus jacebant : Inde conjiciebant posse hæc eadem metalla Igne resoluta in quamlibet formam speciemque rerum decurrere, & formando in acuta & tenuia prorsus mucronum fastigia duci (acui) posse, ita ut ex iis sibi facerent instrumenta, quibus sylvas excidere, trabes lævare, dolare, & radere,

Argentum, & Plumbum tum inventa sunt cum in magnis montibus Ignis ingentes sylvas combusserat, sive ille Ignis ortus sit è misso cœli fulmine, sive quòd Homines in sylvis pugnantes accendebant istum ignem quo tererent Hostes ; sive quòd bonitate Terræ inducti pandere Agros fertiles & rura pascua efficere, sive feras interficere, & præda frui volebant : Nam fovea atque Igne venabantur, antequam sylvarum retibus circumdare, & ciere canibus noverunt. Quicquid verò id sit cum quacunq; è causa ortus iste Ignis sylvas ab imis radicibus Horrendo sonitu consumerat, & Tellurem percoxerat, rivus Argenti, Auri, Æris, & Plumbi è venis Terræ ferventibus ebullit, & in cava Telluris loca confluit : Quæ metalla ita in unam massam collecta cùm postea viderunt Homines claro colore in terris fulgere, tollebant lævare massæ, & nitido splendore capti ; observantes insuper illa esse formata ea figura qua cava erant loca in quibus jacebant : Inde conjiciebant posse hæc eadem metalla Igne resoluta in quamlibet formam speciemque rerum decurrere, & formando in acuta & tenuia prorsus mucronum fastigia duci (acui) posse, ita ut ex iis sibi facerent instrumenta, quibus sylvas excidere, trabes lævare, dolare, & radere,

N O T Æ.

unam Massam confluebant ; quam cùm lævem splendidamque Homines viderint, tollebant, experturi cui usui res ista tam lævis & nitida inferviret. Cùm verò observaverint Massæ illius figuram conformem esse figuræ istius lacunæ seu foveæ in quam confluerat, concludebant eadem Metalla Igne iterum resoluta in quamlibet formam duci, ita denique attenuari posse, ut Mucronem accipiant & Acumen. Inde è quolibet Metallo Instrumenta faciebant, quibus Sylvas exciderent, Tigna Trabesque perforarent, &c. Quoniam verò Aurum & Argentum facilius obtundebantur, quia molliora ; Ideo primis istis Hominibus Æs videbatur pretiosius, quòd utilius : Neque Naturam sequuntur inficeti isti Homines,

qui Auro & Argento inutilibus Metallis stuperent, Æs & Ferrum utiliora negligunt. v. 21. 1242. *Ignis ubi, &c.*] Idem narrat Posidonius apud Strabonem, lib. III. de Mineris Turditanicæ sive Andalusie, Athenæus, lib. VI. cap. 4. Aristoteles de Mirabilibus Aufcul. & Diodorus Siculus. 1252. *Alti.*] Melius quàm *Alti* : Nam *Alti* radices in Venas Metallorum descendunt. 1265. *Sylvasque excidere.*] Quidam non absurdè, *Quibus sylvas cedere* : In sequenti versu sive legas, *Materiam lævare, dolare, &c. five, Materiamque dolare, & lævia reddere, &c.* periade est.

terebrare etiam, pertundere, & perforare possunt: Atque ad hæc omnia præstantia Aurum & Argentum non minus quam durum Æs formabant: Frustra autem, nam obtundebatur Molle Aurum & Argentum, istiusmodi laboribus inidoneum; Tum Æs magis in pretio erat, Aurumque hebes & obtusum tanquam inutile metallum spernebatur; Nunc spernitur Æs, & in summum honorem successit Aurum: Usque adeo volubilis ætas rerum temporâ commutat, quod fuit in pretio spernitur, & vilescit, aliud verò modò contemptum in summum honorem evehitur, indies magis magisque appetitur, illud laudibus celebrant Homines, & vehementer admirantur. Nunc, O Memmi, Tibi ipsi licet conicere, neque explicatione opus, quo pacto Ferrum sit inventum: Antiqua Hominum Arma erant Manus, Ungues, Dentes, Lapides, fragmina sylvarum Rami, & Flammæ atque Ignis postquam cognita sunt mortalibus: Posthac Ferrum atque Æs reperta; Ære autem prius quam Ferro utebantur, quoniam major fuit Æris copia, & Æs facilius efformatur; Ære celebrant agros, Æreis

Et terebrare etiam, ac pertundere, perque forare. Nec minus Argento facere hæc Auroque parabant, Quam validi primùm violentis viribus Æris: Nequicquam: Quoniam cedebat victa potestas,

1270

Nec poterat pariter durum sufferre laborem. Nam fuit in pretio magis Æs, Aurumque jacebat Propter inutilitatem hebeti mucrone retusum, Nunc jacet Æs, Aurum in summum successit honorem:

Sicvolvenda ætas commutat tempora rerum, 1275 Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore: Porro aliud succedit, & è contentibus exit, Inque dies magis appetitur, floretque repertum Laudibus, & miro est mortaleis inter honore.

Nunc tibi quo pacto Ferri natura reperta 1280 Sit, facile est ipsum per te cognoscere, Memmi, Arma antiqua, Manus, Ungues, Dentesque fuerunt, Et Lapides, & item sylvarum fragmina Rami, Et Flammæ, atque Ignis postquam sunt cognita primùm:

Posteriùs Ferri vis est, Ærisque reperta: 1285 Et prior Æris erat quam Ferri cognitus usus: Quò facilis magis est natura, & copia major. Ære solum terræ tractabant, Æreque belli

N O T Æ.

1275. *Volvenda ætas.*] Virgilius, Æn. IX.

Volvenda Dies cui attulit ultro.

Volvenda, Volubilis. Servius.

1280. *Nunc Tibi quo pacto, &c.*] Cùm Ferri non minus quam Æris, Argenti, Plumbique Venæ Sylvarum ignescentium ardore colliquefcere videantur; Unde ferè apud Veteres nulla Ferri, plurima autem Æris mentio? Quoniam, v. 16. Æs erat tractabilis Metallum, & major illius copia; Inde Arma primorum Hominum, & Agricolæ instrumenta Ærea; Demum successit Ferrum, indurata Telluri colenda, & crescenti indies Hominum feritatis aptius Metallum.

1288. *Ære solum Terræ.*] Hesiodus, "Εργων η̄ Ημερών, lib. I. v. 150.

Τοῖς δ' ἦν χαλκῶν μὲν τεύχεα, χαλκοῖσι δὲ τε οἰκοί,

Χαλκῶ εἰργάζοντο, μέλας δ' ἐν ἔσσι σίδης.

In Ærea ætate. Et Eustathius, ad I. P. v. 236. χαλκῶν δὲ τὸν σίδηρον λέγει, διὰ τὴν παλαιὰν χρῆσιν τῶ χαλκοῦ: &c. His adjungam pauca ex Athenæo, lib. VI. cap. 4. ἴσσοι τὰ αὐτὰ ἢ Φοινίκης, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων ὡς χαλκῶν ὄντων τῶν παλαιῶν ἀναθημάτων, ἢ τριπέδων, ἢ λεβήτων, ἢ ἐργαστηρίων ἂν ἐφ' ἐνὸς ἢ ἐπιπέγροσθαι Οἰσίην,

Θάσσαι μ', ἐτερον γὰρ ἐν Ἰδίᾳ εἰρήν πύργω

Ἦν, ὅτε καλλιστόμαρ μακρομέδ' ἀμφ' Ἐλένη,

Καὶ μ' Ἀντινορίδης ἐφόρει κρείων Ἐλλήνων, &c.

Miscebant

Miscebant fluctus, & volnera vasta ferebant,
Et pecus, atque agros adimebant: Nam facile
ollis 1290

Omnia cedebant armatis nuda & inerma.
Inde minutatim processit Ferreus ensis,
Versaque in opprobrium species est Falcis ahenæ,
Et Ferro cœpere solum profcindere terræ;
Exæquataque sunt creperi certamina belli. 1295

Et prius est reppertum in Equi conscendere
costas,

Et moderari hunc frænâ dextraque vigere;
Quàm bijugo curru belli tentare pericla:
Et Bijugo prius est, quàm bis conjungere Binos,
Et quàm falciferos inventum ascendere Cur-
rus. 1300

Inde boves Lucas turrâ corpore tetros
Anguimânos belli docuerunt volnera Pœni

rum falciferum ascendere, inventum. Deinde Carthaginenses docuerunt Anguimânos Ele-
phantos turrâ Corpore horrendos prælia inire,

N O T Æ.

1289. Serebant.] Alii, ferebant, id est,
Inferebant. At Tacitus, Prælia serebant:
Livius, Pugnam confererent. Plautus, Pu-
gnos in faciem serere.

1295. Creperi.] Dubii, incerti; Attius,
Nunc in re crepera quid captus consilii?
1296. Et prius est reppertum, &c.] Alii,
Armatum. Factam in superiori versu Belli
mentionem excipiunt, v. 53. quibus effere
istæ, quas bellicas vocamus, Artes primo-
rum Hominum explicantur: Quod autem
simplicius & facilius illud prius jure cen-
seatur: Ideo ex Equis primùm pugnant,
Equus enim mansuetum Animal, deinde
Equos curru jungebant binos, deinde qua-
tuor, istosque currus falcibus armabant:
Deinde Feræ in Prælia educæ, Elephantæ
ab Afris, à Parthis Leones, Tauri, denique
Apri, &c. At quis credit? non ipse Lucre-
tius: quoniam verò in quibusdam Historiis
talia invenerat, ideò recenset; fallâ veris
conjungens. Quanquam non videantur
prorsus incredibilia, nam quid non invenit
ingeniosa feritas, aut quodnam genus auxilii
rejecit desperantes & oppressi Homines?

1297. Dextraque vigere.] Dextra pugna-
re, Lambinus. Gifanius Vegere: id est,
incitare, impellere; Quasi dextra equos Equi-
tes impellunt! Faber denique Virgave vie-
re: Vieo autem est Flecto, unde Vimen, Vie-
tor, & Vietus: Unde Vire Equum, est Fleste-
re Equum: Usus autem Virgæ in moderan-
do Equo longè antiquior debet esse quàm
Usus frânorum. Quòd si Armatum (&

armis pugnant, & Vul-
nera infigebant; pecus
& agros adimebant, non
nuda & inerma omnia
facile illis qui armati
erant cedebant (in pote-
statem venerunt.) Inde
paullatim Ensis è Ferro
conficitur, & Fals: Erea
in contentum abiit; Fer-
ro Agros colere ceperunt,
dubiique belli certamina
Ferro erant exæquata
(Armis ferreis pugna-
bant.) Prius etiam in-
ventum erat in Equum
ascendere, illum lorâ se-
nistra dirigente regere,
dextra interim pugnare,
quàm belli pericula curru
bijugo tentare; Binos
etiam Equos prius quàm
quatuor jungere, aut Cura-

quidni Armatum?) in priori versu legatur;
tota ista Fabri emendatio concidet; Nam
Equites Armatos Equos suos Virga videntes
securi rideamus.

1299. Et Bijugo.] Bijugos, Faber: &
fœlicior hæc quidem conjectura: Id est,
Inventa sunt Bigæ ante Quadrigas.

1301. Inde Boves Lucas.] Ut Campas pro
Campanum, apud Plautum alicubi, ita Lucas
pro Lucanus: Sic autem dicti sunt Elephan-
tes, quòd eos Romani primùm apud Lucanos
viderint in bello adversus Pyrrhum. Faber.
Plinius, lib. VIII. cap. 6. Elephantæ Ita-
liæ primùm vidit Pyrrhi Regis bello, & Bo-
ves Lucas appellavit in Lucanis visos. Varro
tamen, lib. VI. de Ling. Lat. Luca Bos Ele-
phas, cur ita sit dicta duobus modis inveni-
scriptum, nam in C. Ælii commentario à Li-
bycâ Lucas, & in Virgini commentario à Lu-
canis Lucas, ab eo quòd nostri maximam qua-
drupedem quam ipsi habebant, vocarent Bove-
m, & in Lucanis Pyrrhi bello primùm vi-
dissent apud Hostes Elephantos, id est, Qua-
drupedes cornutas (nam quos dentes multi di-
cunt sunt cornua) Lucan Bovem appellasse:
Ego arbitror potius Lucas à luce, quòd longè
relucebant, propter inauratos regios clypeos
quibus eorum tum ornata erant Turres. Fri-
gida interpretatio.

1301. Turrâ corpore.] Elephantæ dor-
so Turres gestabant.

1302. Anguimânos.] Proboscis Elephantî
Manus dicitur, sed illa Manus instar Ser-
pentis; Unde Anguimâni.

Et armatas Hostium turmas turbare. Sic effera Discordia aliud post aliud, quod in prælio foret horribile hominibus invenit, & bellicæ Terrores indices adauxit. Taurus etiam in pugna usi sunt homines, sævosq; Apros in Hostes mittere conati sunt; Et Parthi præ suis turmis validos Leones miserant cum armatis ductoribus Et sævis Magistris qui illos regerent, Et catenis retinerent; Frustra: Illi enim Sanguine gustato insunientes tam Suorum quam Hostium turmas nullo discrimine turbabant, Terrificas capitum cristas undique quatientes: Neque Equites potuerunt Equos suos ferarum fremitu perterritos mulcere, Et frænis in Hostem convertere; Leones jam pugna calentes in omnem partem immani saltu sua corpora jaciebant, omnesque obvios tam suos quam Hostes rapiabant; Ex improvise alios à tergo adorti sunt, Et deplexi illos gravi vulnere victos humi sternebant, validis dentibus, atque unciis unguibus adfixi: Tauri jactabant Apros, pedibusque concitabant, Cornibusque suis latera Et ventres Equorum subter hauriebant, ferocesque ad Terram proruebant. Apri autem validis dentibus suos socios occidebant) sævi tingentes tela infracta suo sanguine. In se fracta suo sanguine tingentes tela.) Dabantque confusam Equitum Peditanque cladem, Namque Equi transverso saltu sævos dentium ictus declinare conabantur, aut arrecti calcibus auroras verberabant; Frustra autem; quoniam sæpe videres illos nervis Crurum ab Apris successis

Sufferre, & magnas Martis turbare catervas. Sic aliud ex alio peperit Discordia tristis, Horribile humanis quod gentibus esset in armis: 1305

Inque dies belli terroribus addidit augmentum. Tentarunt etiam Tauros in mœnere belli, Expertique Sues sævos sunt mittere in hostes; Et validos Parthi præ se misere Leones Cum ductoribus armatis, sævisq; magistris, 1310 Qui moderarier hos possent, vinculisque tenere; Nequicquam: Quoniam permixta cæde calentes Turbant sævi nullo discrimine turmas, Terrificas capitum quatientes undique cristas; Nec poterant Equites fremitu perterrita equorum 1315

Pectora mulcere, & frænis convertere in hostes. Inritata Lææ jaciebant corpora saltu Undique, & adversum venientibus ora petebant: Et nec opinanteis à tergo diripiebant, Deplexæq; dabant in terrâ vulnere vincetos: 1320 Moribus adfixæ validis, atque unguibus unciis. Jactabantque Sues Tauri, pedibusque terebant; Et latera, ac ventres hauriebant subter equorum Cornibus, ad terramque minanti mente ruebant. At validis socios cædebant dentibus Apri, 1325 "Tela infracta suo tingentes sanguine sævi: "In se fracta suo tingentes sanguine tela: Permixtasque dabant equitum peditumque ruinas. Nam transversa feros exhibant dentis adactus Jumenta, aut pedibus ventos erecta petebant: 1330 Nequicquam: Quoniam à nervis succisa videres

N O T A E.

1307. Mœnere.] Alii, in Munera.

1314. Terrificas, &c.] Hunc Versum abesse hinc velim, neque enim facile crediderim cristas Capitibus Leonum annexas, alibi legitur. lib. II. v. 632. sed suo loco, & una voce variat, Faber.

1320. Deplexæque.] Solutæ, à πλέξω, unde Implico, &c. Qui Deplexæ legunt, id est, Horridæ, & locum hunc Terentii afferunt, a leo depexum dabo, Somnia somniant. Hæc Faber è Lambino: Alii Deplexæ, id est, pronæ & deorsum ruen-

tes: Ego verò Deplexæ, alia profus significatione; De enim anget; Igitur Deplexæ, arctè amplexæ, seu implicite, postulante sententia interpretor; in versu sequenti, adfixæ, & in hoc versu vox Vincetos idem confirmat.

1326. Tela infracta suo, &c.] Posteriorem multi, utrumque versum Lambinus veruto conficit, nec crudelis Ille.

1329. Exhibant.] Vitabant; Virgilius, Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit.

Concidere,

Concidere, atque gravi terram consternere casu.
 Sic, quos antè domi domitos satis esse putabant,
 Effervescere cernebant in rebus agundis,
 Volneribus, clamore, fuga, terrore, tumultu: 1335
 Nec poterant ullam partem reducere eorum.
 Diffugiebat enim varium genus omne ferarum:
 Ut nunc sæpe boves Lucæ ferro malè mactæ
 Diffugiunt, fera facta suis cùm multa dedere.
 Sic fuit, ut facerent: Sed vix adducor, ut antè 1340
 Non quierint animo præsentire, atque videre,
 Quàm comune malum fuerat, foedumq; futurum.
 Et magis id possis factum contendere in Omni,
 In variis mundis varia ratione creatis,
 Quàm certo atque uno terrarum quolibet
 Orbi. 1345

Sed facere id non tam vincendi spe voluerunt,
 Quàm dare quod gemerent hostes, ipsique perire,
 Qui numero diffidebant, armisque vacabant.

Nexilis antè fuit vestis, quàm Textile tegmen:
 Textile post ferrum: ita: quia ferro tela paran-
 tur: 1350

Nec ratione alia possunt tam lævia gigni
 Infilia, ac fusi, & radii, scapique sonantes.

Hæc aliquando fuisse facta in Universo, in variis Mundis varia ratione factis, quàm in aliquo uno & certo Terrarum orbe. Quicumque autem feris usi sunt, ideo non utebantur quia sperabant se illarum ope Hostes suos superare posse, sed quia damna Hostibus inferre, ipsique de sua salute desperantes perire voluerunt, quoniam erant numero inferiores, nec armis suis instructi. Vestis autem Nexilis fuit antè quàm Textilis: Textilis enim post ferrum inventum primo extitit, quia Textoria instrumenta ferro parantur, neque sine ferro possunt fieri lævia Infilia, Fusi, Radii, & sonantes Scapi.

N O T A.

1338. *Ut nunc sæpe boves Lucæ.*] Lucæ boves, Elephantes, quos in Spectaculis Elephantum) aliquando vulnerabant. Lambinus, *Boves Lectæ*: At Gifanius, è Codd. *Boves Templis ferro malè caese.*

1338. *Malè mactæ.*] Ferro Cæsa.
 1347. *Quàm dare.*] Dare, facere aliquid novi, struere damnum, &c. Terent. Plaut. & modò Lucretius. *fera facta dederunt*: Faber.

1348. *Armisque vacabant.*] Inermes erant, Sic *Vita vacat*, Furius apud Donat. pro mortuus est. Faber.

1349. *Nexilis antè fuit Vestis, &c.*] Si molliores Artes respicias, prima de Vestibus cura; Nexilis autem Vestis, è pellibus, viz. ferinis quæ non erant confute, antè textilem; frustra enim textilem antè usum ferri, quo parantur instrumenta textoria, requiras: Neque denique Ars textoria primum fœminis commissa, illam Viri exercebant, quippe magis solertes & in Artibus

concidere, gravique casu Terram consternere: Ita istas Feras, quas domi mansuetas satissime domitas antè exstimabant, in prælium eductas, Vulneribus, Clamore, Fuga, Terrore, Tumultu iterum feroces fieri & immites cernebant: neque poterunt Homines Feras ruptis catenis effugientes iterum reducere, Omnes enim, cuiuscumque generis erant, diffugiebant, ut hodiè frequenter Boves Lucæ ferro malè mactæ diffugiunt, postquam multa damna clademque suis magistris intulerunt. Hæc forsitan erant primorum Hominum bellandi Artes, vix tamen credere possum quin isti præsentiebant, animoque suo prævidebant, quantas & quàm miserandas clades Ferae tam sibi quàm Hostibus suis inferrent: Et prudentius affirmare possis

ingeniosi: Deinde Agricolaè Viris mollioribus exprobrando effecerunt, ut mollioribus Artibus relictis magis duras excolerent. v. 11.

1350. *Tela parantur.*] Codd. & Gifanius, *Paratur*. Tela enim aliquando significat ipsum instrumentum textorium, cui accommodatur Tela.

1352. *Infilia.*] Hæc vox fugit Interpretes: Faber demum existimat *Infilia* esse eam Instrumenti textorii partem, quæ pulsu pedum quatitur, ut staminis pars modò attollatur modò deprimitur, ut fuso seu radio currenti liberè trameare liceat: Idque ab *infiliendo*. Quam conjecturam evertere videtur vox ista adjuncta *Lævia*. Vossius ad Catullum, p. 249. *Enfilia*.

1352. *Scapique sonantes.*] An significant Instrumenta Textoris, quorum pulsu Tela coarctatur & condensatur, vel Jugum circa quod stamina volvuntur, videant Grammatici.

Natura etiam cœgit Viros lanam facere antequam Fœminas, nam Viri Artes inveniunt & exercent solertius quam Fœminæ; donec tandem rigidi Agricole mollitiem illis & benignitatem exprobrarunt, & effecerunt ut fœminis talia opera relinquerent, ipsi verò durum laborem sufferrent, & in duro opere membra sua & manus durarent. Ipsa verò Natura rerum creatrix Sationis & Infitiionis exemplar dedit hominibus, quoniam materiam baccæ & glandes ab arboribus cadentes multa nova virgulta, prout Anni tempestas patiebatur, subter producerunt: Inde primum placuit Hominibus feraces stirpes ramis inferere, & passim per Agros nova in Terram defodere virgulta: Deinde aliam atque aliam ameni Agri culturam tentabant, & experti sunt fructus agrestes & austeros cura sua & molli cultura agri dulces mitesque fieri; Indies etiam cogebant Sylvas in Montes ascendere,

& inferiora loca, Valles & Planitiem frugibus colendis relinquere; ut haberent Prata, Lacus, Rivos, Segetes, & læta vineta collibus & campis, & ut cœruleus ordo Olivarum per tumulos, colles & campos extensus intercurrere possit, grataque varietate Agros distinguere & ornare: Ut nunc vides varia amenitate ornata & distincta esse illa loca, quæ dulcibus pomis intersita, & arboribus frugiferis circum sata colunt Homines. Sonoras Volucrum voces ore suo

N O T A.

1353. Lanam facere.] Lanam carpere, texere, & nere.

1359. Atque Opere in duro.] Ostendit verus superior hunc Spurium esse, quod primum, opiaior, moneo. Faber.

1360. At specimen sationis, &c.] Arborea plantare, ab ipsa Natura didicerunt, observabant enim baccas glandesque deciduas nova virgulta producere; Inde idem tentabant Homines, & unusquisque pro ingenio suo aliquid Agrorum Hortorumque cultura addidit; & exinde tandem ista, quam videmus, Hortorum amenitas, ista arborum horumque ornata dispositio. v. 18.

1369. Succedere.] Sursum cedere, nam excisis, quæ campos vallesque occupabant

Et facere ante Viros lanam Natura cœgit, Quam Muliebrem genus, nam longè præstat in arte, Et follertius est multo genus omne Virile: 1355

Agricolæ donec vitio vertere severi, Ut Muliebribus id manibus concedere vellent, Atque ipsi potiùs durum sufferre laborem: Atque opere in duro durarent membra, manusque.

At specimen Sationis, & Infitiionis origo 1360 Ipsa fuit rerum primum Natura creatrix.

Arboribus quoniam baccæ, glandesque caducæ Tempestiva dabant pullorum examina subter. Unde etiam libitum est stirpeis committere ramis: Et nova defodere in terram virgulta per agros: 1365

Inde aliam, atque aliam culturam dulcis agelli Tentabant, fructusque feros mansuescere terra Cernebant indulgendo, blandèque colendo.

Inque dies magis in montem succedere sylvas Cogebant, infraque locum concedere cultis: 1370

Prata, Lacus, Rivos, Segetes, Vinetaque læta Collibus, & campis ut haberent, atque olearum Cœrula distinguens inter plaga currere possit

Per tumulos, & convallis, camposque profusa: Ut nunc esse vides vario distincta lepore 1375

Omnia, quæ pomis intersita dulcibus ornant: Arbustisque tenent felicibus obsita circum.

At liquidas avium voces imitari ore

arboribus, Sylvæ in montes sursum cedere videbantur.

1378. At liquidas Avium.] Ut alie Artes, sic etiam Musica primò rudis & inculta. Primum enim in Avium imitatione consistit: Inde Fissula & Calamis (nam calami levi vento agitati sibilam quædam & murmura emittunt) compacta: Quia Pastores mulcebant curas, aut in lætitiæ effusi se alioque maximè oblectabant. Jocis etiam, festivis sermonibus, & saltationi, incomposita quidem, sed satis ridicula indulgebant: Inde Risus, Cachinni, & alia felicis otii delectamenta. Neque ista operosior qua nos utimur Musica nos majori voluptate, quam rudis ista illos olim perfudit; Sed nova semper placent, & pristina fastidimus. v. 44.

Antè

Antè fuit multò, quàm lævia carmina Cantu
Concelebrare homines possent, aureisque ju-
vare. 1380

Et Zephyri cava per calamorum sibila primùm
Agrestis docuere cavas inflare cicutas,
Inde minutatim dulcèis didicere querelas,
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum,
Avia per nemora, ac sylvas saltusq; reperta, 1385

Per loca pastorum deserta, atque otia dia:
Sic unum quicquid paullatim protrahit Ætas
In medium, Ratioque in luminis eruit oras.
Hæc animos ollis mulcebant atque juvabant
Cum fatiate cibi: nam tum sunt omnia cordi. 1390
Sæpe itaque inter se prostrati in gramine molli
Propter aquæ rivum, sub ramis arboris altæ,
Non magnis opibus jucundè corpora habebant:
Præsertim cùm tempestas ridebat, & anni
Tempora pingebant viridanteis floribus her-
bas, 1395

Tum Joca, tum Sermo, tum dulces esse Cachinni
Conferant: agrestis enim tum Musa vigebat:
Tum caput, atq; humeros plexis redimire coronis,
Floribus, & foliis lascivia læta monebat:
Atque extra numerum procedere membra mo-
venteis 1400

Duriter, & duro terram pede pellere matrem:
Unde oriebantur Rifus, dulcesque Cachinni,
Omnia quòd nova tum magis hæc, & mira vi-
gebant.

Et vigilantibus hinc aderant solatia somni,
Ducere multimodis voces, & flectere cantus; 1405
Et supera calamos unco percurrere labro:

monebat, Caput suum & Humeros floribus, foliis, plexis denique coronis redimire; incompositè etiam atque extra numerum saltare membra sua rusticè moventes, duroque pede matrem Terram pulsare: Inde risu dulcesque cachinni sequebantur, quòd nova hæc erant omnia, ideoque mira. Hinc Vigilantibus aderant Somni solatia, Voces ducere multimodis, & cantus flectere; uncoq; labro calamos supra percurrere. (Qui dormire nequibant Cantu se & Tibia oblectabant.)

NOTÆ.

1379. *Lævia carmina.*] Nam quod gra-
tum sensibus, Illud læv: Epicuro.

1381. *Et Zephyri, &c.*] Vid. Ovid. Me-
tam. lib. I. v. 705.

1390. *Nam tum sunt omnia cordi.*] Fa-
ber, *Otia cordi:* venustè: Vossius ad Ca-
tullum, p. 167. *Omnia chordæ,* Post fatie-
tatem cibi nihil, inquit, hominibus æquè
placet ac Musica, utpote quæ tunc sit τὸ
πᾶντα Nec est ut quisquam miretur Chor-

das dici Tibias, cùm vice versa Citharæ ac-
cipiantur quoque pro Tibiis.

1404. *Solatus.*] Solatium, viz. sumitur
pro eo quod rei alicujus amissæ loco datur,
unde damnum resarciri queat: Faber.

1405. *Ducere multimodis voces.*] Vocem
variè fingere & figurare; seu voce variè
figurata cantillare; *Flectere cantus.* Hinc
molles in cantu flexiones apud Ciceronem.
Lambinus.

Unde etiam Vigiles hodiè idem faciunt, variis etiam numeris utuntur, eorumque modos observant: Interim tamen non majorem exinde voluptatem percipiunt, quam olim Agrestes Rusticique Homines à Terra orti percipiebant. Nam quod præsens est (nisi antè novimus aliquid suavis) maximè placet, & optimum videtur; Quæ verò res posterius inventa est melior plerumque facit ut in minori pretio sint priora, & ut pristina non sint æquè grata ac jucunda sensibus, ac antea fuerunt. Hinc fastidium Glandis, hinc non amplius utimur Cubilibus istis Frondibus & Herba humi stratis, hinc etiam in contemptum abiit Vestis à Pellibus Ferrarum facta; Quam tamen Vestem qui primus invenit & gessit, Omnes illi ob præclarum inventum adèd invidiisse putò, sit illi mortem insidiis compararint; Illamque disceptum multo sanguine istam vestem sparsisse, neque suo invento frui potuisse credo. Tunc igitur Pelles, nunc Aurum & Purpura Hominum vitam multis curis vexant,

& fatigant bello, Quam ob causam Nos magis culpandos esse existimo: Namque tum quidem Homines à Terra natos neque pellibus tectos Frigus affligebat; at Nos sine damno aut molestia carere possumus Veste purpurea, Auro signisque ingentibus ornata; modò plebeiam crassam, sordidamque habeamus, quæ frigus possit defendere. Ergo Humanum genus incassum & frustra semper laborat, vanisque curis atatem consumit; nimirum, quia non novit qui modus Habendæ sit, quid satis Homini, & quousque crescat Voluptas vera:

N O T Æ.

1407. *Vigiles.*] Castrenses intelligo: Faber. Ego verò curis agros; ut, v. 1404. *Vigilantibus.*

1418. *Quam reor invidia tali.*] Prima vestis ita cæteris iis Terrigenis placuit, ut Inventori suo mortis causa fuerit. Faber.

1420. *Distraçtum.*] Alii, *Distraçtam*, Vestem, viz. & in sequenti versu *Disperuisse*; & hæc lectio, quam Codd. Vet. exhibent, & Heinsius probat, admitti poterit, si voces sequentes,

Neque in fructum convertere quisse,

Unde etiam Vigiles nunc hæc accepta tuentur, Et numerum servare genus didicere; neque hilo Majorem interea capiunt dulcedini fructum, Quàm Sylvestre genus capiebat Terrigenarum.

Nam quod adest præsto, nisi quid cognovimus antè

Suavius, in primis placet, & pollere videtur; Posteriorque ferè melior res illa reperta Perdit, & immutat sensus ad pristina quæque.

Sic odium cœpit Glandis: sic illa relicta Strata Cubilia sunt herbis, & frondibus aucta. Pellis item cecidit, vestis contempta Ferina est, Quam reor invidia tali tunc esse repertam; Ut lethum insidiis, qui gessit primus, obiret: Et tandem inter eos distraçtum, sanguine multo

Dispersisse, neque in fructum convertere quisse.

Tunc igitur Pelles, nunc Aurum, & Purpura curis

Exercent hominum vitam, belloque fatigant. Quò magis in nobis (ut opinor) culpa relidit. Frigus enim nudos sine Pellibus excruciebat Terrigenas: at nos nil lædit veste carere Purpurea, atque Auro, signisque ingentibus apta; Dum Plebeia tamen sit, quæ defendere possit: Ergo hominum genus incassum, frustra que laborat, Semper & in curis consumit inanibus ævum; Nimirum, quia non cognovit, quæ sit habendi Finis, & omnino quoad crescat vera voluptas:

commodè paterentur.

1422. *Tunc igitur Pelles, &c.*] Illa autem pro Pelle pugna & cædes excusari possit, nam ante vestes textiles inventas solis pellibus defendebat frigus; At quis Homines excuset qui bellis & rapinis miscent omnia, ut auro clari, & insignes purpura fulgerent? Sed id agunt quoniam insana habendi cupidine aguntur, & ignorant veram voluptatem, quam Epicurus docuit, & quæ non tam delicias appetit, quam necessarius contenta est. v. 13.

Idque

Idque minutatim vitam provexit in Altum,
Et belli magnos commovit funditus æstus.

At vigiles mundi magnum & versatile tem-
plum

1435

Sol & Luna suo lustrantes lumine circum
Perdocuere homines Annorum tempora verti:
Et certa ratione geri rem, atque ordine certo.

Jam validis septi debebant Turribus ævum,
Et divisa colebatur, discretæque tellus.

1440

Tum Mare velivolum florebat navibu' pandis:
Auxilia, & socios jam pacto fœdere habebant:
Carminibus cum res gestas cœpère Poetæ
Tradere: nec multò priu' sunt Elementa reperta.
Propterea quid sit prius actû respicere ætas

Nostra nequit, nisi quæ ratio vestigia monstrat.

Navigia, atque Agri culturas, Mœnia, Leges,
Arma, Vias, Vestes, & cætera de genere horum,
Præmia, delicias quoque vitæ funditus omneis,
Carmina, Picturas, & dædala signa polire,

1450

Ufus, & impigræ simul Experientia mentis
Paullatim docuit pedetentim progredientes.

Sic unum quicquid paullatim protrahit ætas
In medium, ratioque in luminis eruit oras.

Namq; alid ex alio clarescere corde videmus

1455

Artibus, ad summum donec venere cacumen.

actum, conijcimus tantum non historia sed, ratione ducti. Navos, Agriculturas, Mœnia, Leges, Arma, Vias, Vestes, & reliqua ejusmodi que sunt ad Vitam commode agendam utilia, Delicias quoque omnes Vitæ, Carmina, viz. Picturas, Artemque Statuariam, Usus & solertis Ingenii experientia docuit Homines pedetentim progredientes. Sic ætas unamquamque Artium paullatim protrahit in medium, & Ingenii solertia primam invenit, deinde perficit. Sentimus enim Artes omnes non esse simul natas, alia ex alia clarescit, donec tandem omnes sint ad summum perfectionis cacumen perductæ.

N O T Æ.

1435. *Vitam provexit in altum.*] Metaphora à Navigantibus, versu sequenti habes, æstus belli.

1435. *At vigiles Mundi, &c.*] Quoniam diutina experientia certos fecisset Homines Anni tempestates certo ordine redire, neque casu fluere omnia, & turbari. (Nam Atomum primùm fortuitò convenientes ita motus sui legibus, & vi naturæ constituuntur; ut nisi aliqua causa extrinsecus adveniens impediatur, iisdem semper motibus ferentur) tandem certum stabiteque vivendi genus amplexi sunt; Inde constituta Reipublicæ, instituta etiam inter diversas gentes commercia: Tum Literæ inventæ, Nati tum Poetæ Historiarum Patres, denique inventæ sunt istæ artes, nam omnium Authorum nomina describuntur, quæ Vitæ nostræ aut Voluptati inserviunt, v. 22.

1440. *Discretæque.*] Alii, *Descriptæque.*

1441. *Tum Mare velivolum, &c.*] Gifanius, *Tum Mare velivolis florebat navibus ponti.*

Voffius ad Catullum, p. 77. Hæc habet,

Tum Mare velivolum florebat propter odores.

Hæc est scriptura omnium, nisi fallor librorum; quam meritò docti se non intelligere fatentur: Sic enim, puto, scripserat Lucretius;

Tum Mare velivolum florebat Protei ad oras.

Proteus & ipse Deus marinus, utpote qui primus navigasse creditur; Oræ verò Protei, sunt oræ in quibus regnabat Proteus, in quibus omnibus navigationem floruisse affirmat. Quibus hæc placent, illis nihil unquam displiceat: *Lambinus* invenit in quibusdam Codd. *Navibus pandis*, & istis vocibus ego quidem contentus.

1455. *Videmus.*] Alii, *Videbant*: imperitè.

Quod à v. 56. ad v. 417. Solem, Terram, Mare, totam denique Mundi compagem nec ab æterno fuisse, nec in æternum duraturam asserit, id quidem piis omnibus & fanis Philosophis commune: Quod verò verisimilibus quibusdam, veris autem multis firmisque rationibus probat; Illud sanè Lucretio proprium videtur; Nec meliora unquam (semper excipio sacras scripturas) argumenta invenies. Ideoque magis mirandum est, tam præclarum ingenium inferuisse fuitiles istos versus, à v. 157. ad v. 236. quibus evincere conatur Mundum hunc à Deo non fuisse factum: fingit enim Deum parcum nimis seu potius Malevolum, qui nihil nostri causa, omnia verò sui emolumentum intuitu agat. Qualem si quis pingat *Epicurum*, illum dicacis impudentiæ Poeta postularet. Deinde supponit omnem Dei æquè ac Hominis notitiam à Simulachris dependere; At quis iste Deus? non ille quem percipit Mens humana, quem omnes Gentes agnoscunt, & venerantur: Demum quis ferat illum culpas, quas vocat, Mundi enumerantem, falsò omnes, & vanissimè efficitas? Hæcine verò vitia in novo & recenti mundo? Id quidem negat ipse *Lucretius*, ideoque ineptè facit dum labes ruinalque ædificii longa ætate dehiscētis imputat Artifici.

A v. 417. ad v. 509. Mundi ortum describit, qua descriptione nulla est apud

Physiologos aut magis verisimilis, aut magis venusta: Gravitate sua feruntur Atomæ, concurrunt, inde resiliunt, & pro varia ponderis ictusque ratione in diversa loca discedunt, ibique coalescunt.

Quoniam verò, à v. 510. ad v. 770. non unam certamque causam Motuum celestium, Eclipsæon, Diei & Noctis, &c. ea, qua Alii solent, pertinacia assignat, ideo quibusdam videtur fluctuare; Ego verò contendo istam, quam vocant, constantiam in Epicuræo Physiologo ridiculam fore, quippe omnia *Casus* fieri pronuntiat, neque quis facile deprehendat unam certamque causam, cum eadem phenomena pluribus modis explicari possunt. Nec Ego quidem illi succenserem qui multas profert causas, dum inter eas vera certaque proponatur. De Solis, Lunæ, &c. magnitudine nihil addam, supra enim monui istam opinionem plebeiam nimis esse, & rusticam.

Lege quæ sequuntur, & admirabilis ingenii tam vehementer delirantis miserere; Ea autem est omnium, qui negant Providentiam, Sors; ut in Ethicis vana doceant, in Physicis absurda; At verò *Primorum* Hominum indoles ea, quæ omnium barbararum gentium, & in *Terrogenis* Lucretii, Margaitas, Brasilios, plerosque Indiæ Occidentalis populos agnosces.

FINIS LIBRI QUINTI.

